

V 110

H. 28.

Ex Libris Tris. Alexy  
P. P. mpp

Pro Bibliotheca Cantuariensis

## Exercitium Matutinum.

Mane exspers factus, dic. IESUS. MAT.  
Asperges Domine, oculos meos, ne un-  
quam obdormiam in morte: ne quando di-  
cat inimicus meus: Prevalui, adversus  
eum. Dum vero surgis.

In Nomine Patris &c. Benedicta sit Sa-  
cta, et individua Trinitas. &c.

In Nomine Domini IESU Christi  
Cucifixi surgo †. Ille me benedicat †  
regat † custodiat, et ad vitam &c.

Pat. Ave. Credo, ac Confiteor. Misere-  
atur mei &c. Indulgentiam &c.

V. Signare Domine die isto. &c.

V. Miserere nostri Domine.

R. Miserere nostri.

V. Fiat misericordia Tua &c.

V. Dñe exaudi orationem &c.

OPATIO.

Domine Deus Omnip. Qui ad princi-  
pium huius diei nos pervenire fecisti,  
Qua nos hodie salva virtute &c.

Dirigere.

Dirigere, Sanctificare, regere, ac guber-  
nare, dignare Domine Deus, Rex Celi  
et terra, hodie corda, et corpora nostra,  
sensus, sermones, et actus nostros, in lege  
Tua, et in operibus mandatorum ei.

Ad Bmam Oratio.

O Domina mea S. Maria, me in Tua  
benedictam fidem, ac singularem custo-  
diam, et in sinum misericordiae Tuae, ho-  
die, et quotidie, et in hora exitus mei, ani-  
mam meam, et corpus meum Tibi commi-  
do, omnem spem, et consolationem meam,  
omnes angustias, et miseras meas, vitam,  
et finem vitae meae, Tibi committo, ut per  
Tuam Bmam intercessionem, ac merita  
Tua, omnia mea dirigantur, et dispona-  
tur opera, secundum Tuam, Tuique Filii  
voluntatem. Amen.

Ad S. Ang. Custod.

Obsecro Te Angelice Spiritus, Custos, ac  
Putor meus fidelis, ut in via pacis, pro-  
speritatis, et salutis, Te duce, hodie diri-  
gar, atq; ab omni spiritu malo, gravique

tentatione defendat. Peto etiam Te favore  
te, praesidium dari, ut secundum Deum vo-  
luntatem, vitia fugiam, et virtutes exerceam,  
quoad nostrum communi Domino, in Cele-  
sti Patria abiscam, ac serviam. An.

Ad S. Patronum.

Deus Tuorum Gloria Sanctorum, presta  
quasso, ut intercessionem Sancti Tui S. Patro-  
ni mei, liberer a cunctis malis anima, et cor-  
poris, ac eodem duce, et comite, securior ad  
vitam perveniam eternam. An.

Bened. Dominus nos benedicat, et ab om-  
ni malo defendat, ac ad vitam perducatur  
eternam. Et fidelium anima. ac.

Angelus Domini nuntiavit ac.

Oratio.  
S. Ioan. Chrysost.

Ex Somno surgens, adoro Te Summa, ac Be-  
atissima Trinitas, unus Deus, gratiasq; Tibi  
ago: quia per magnam bonitatem Tuam, et  
bonoanimitatem, non in ira Tua corripuisti  
me, neque perdidisti me simul cum pecca-  
tis, ac iniquitatibus meis, sed dilexisti me

omnino dē, et oblivioni tradendum, exci-  
tasti me, ad mane benedicendum, et glorifi-  
candum virtutem Tuam. Et nunc illumina  
oculos mentis meae, et aperī os meum, ad me-  
ditandum eloquia Tua, et ad intelligendum  
mandata Tua, et psallendum Tibi in confesio-  
ne cordis, ac ad laudandum Esuū Nomen  
Tuū Patris, et Filii, et Spiritus S. nunc, et  
semper, et in saecula saeculorum. An.

Ps. Henrici Susonis Ord.

Præd. ad aetern. Sapie.

Anima mea desideravit Te in nocte, et spi-  
ritu meo in precordiis meis de mane exigi-  
vi ad Te, o præclarissima Sapientia! petens,  
ut desiderata presentia Tua, cuncta nobis ad-  
versantia removeas, et penetralia cordis nos-  
tri Tua multiformi perfundas gratia. Et nunc  
dulcissime Dne ESSE Amice, ad Te diluculo  
consurgo, Teque intimo cordis affectu saluto:  
millia quoque millium Cælestium Agminum  
Tibi ministrantium; Te ex me salutent: et  
decies millies centena millia, Tibi abster-  
tium, Te ex me glorificent: universalis quoque  
harmonia omnium creaturarum, Te ex me  
collaudet, et Nomen Tuum Gloriosum, prote-

ctionis

ctionis nostrae chryseum, benedicat in saecula. Amen. Oratio.

S. Ignatii Fundatoris Soc. Jesu.

Suscipe Domine, universam meam libertatem, accipe memoriam, intellectum, ac voluntatem omnem. Quidquid habeo, vel possideo, mihi largitus es: id Tibi totum restituo, ac Tuae prorsus voluntatis sit ad gubernandum. Amorem Tui solum, cum Gratia Tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

Ex Canisio. Soc. Jesu.

Pax Dni nostri Jesu Christi, et virtus Smae Passionis eius. Signum S. Crucis, et Titulus triumphalis: Jesus, Nazarethenus, Rex Iudeorum. Integritas quoque Smae V. M. Custodia S. Angeloni presentim Dulclani mei, et Suffragia omnium Electorum DES, sint inter me, et omnes inimicos meos, visibiles, et invisibiles, nunc, et in hora mortis meae. A.

M. Excellentissima, et verè aurea Oratio, ideoq; aliquoties in die usurpanda.

Humilis adoratio.

O Sancta, et individua Trinitas! Pa-  
ter, Filius, et Spiritus S. toto animo,  
corporeq; prostratus, adoro, ac veneror, con-  
fiteorq; Te esse Deum verum, Principium,  
Finemq; meum, ad et rerum omnium, a Quo  
procedunt universa. Adoro Te etiam, ac  
veneror, o Verbum Incarnatum IESU  
Christe, Fili D. S. Unigenite! et confite-  
or Te esse verum Deum, et Hominem,  
Redemptorem meum; Tibiq; meipsum offe-  
ro, ad mortem oppetendam, et Sangui-  
nem profundendum, pro tali confessio-  
ne, et veritate.

Indignitatis propria Confessio.

Deus adorande, Pater Sine, quod Fi-  
lii Parentibus mane deferre et solent,  
et vero debent, ut iis nimirum bene pra-  
centur, id ipsum facturus advenio, et ut  
digne laudam, prostratus, benedictio-  
nem Tuam supplice poseo, utq; delicta  
omnia mea, et multa, ac magna igno-  
scas, quae libenter agnosco, et confiteor

cum

cum vero emendationis proposito demississime rogo.

### Quippius Oblatio.

Offero me Tibi, ac totum consecro. Ina  
Pinilas, in holocaustum, ac oblationem,  
perfectam. Adfero mecum, quidquid ha  
beo facultatum, sive illa intra, sive extra  
me sint, sive in corpore, sive in anima, et  
que tres Magi, apertis thesauris suis, li  
beraliter Tibi obtulerunt munera, ita et  
ego, non tantum bonorum meorum maio  
rem partem, sed totum, quidquid est, a  
De mihi concessum, Tibi reddo, ac conse  
cro: proposita omnia, quae unquam ha  
bui, renovo, ac repeto. Denique offero Tibi,  
quidquid sum, possum, & habeo, quidquid  
fecisti, quidquid potes, quidquid es. Haec  
enim omnia si haberem, illa Tibi exa  
nimo libentissime donarem.

### Desideriorum bonorum renovatio.

Revoco autem, omnes gratias conceptas,  
cogitationes, affectiones, passionem, ac de  
sideria, quae vel olim, vel etiam recen

in me exorta sunt. Quodsi mihi tot vitulae  
rent, quod in mari gutta, quod arenae grana,  
quod in Caelo stella, quod atomi in aere, om-  
nes illas Maiestati Duae obsequio, benignis-  
sime consecrarem. Si tot essent opes, quae  
continere potest mundus, illas omnes Divi-  
no Duae Cultui, Duaeque fovendis membris, et  
animo dedicarem. Si tot mihi corpora, quae  
puncta in corporibus quantitate praeditis,  
illa omnia, beneplacito Duae promptissime  
maniciparem. Si tot animi, ac voluntates, quae  
foliorum motus, et animorum, quod linea,  
quod folia in arboribus, quod apices in foli-  
is; eas omnes Tibi libentissime submitterem.

### Actus fidei, et spei.

Credo Dne, quidquid per Ecclesiam catho-  
licam credendum proposuisti, ac ne timo-  
re nimio, ex infirmitatis meae, ac peccatorum  
consideratione accepto, nimium diffidat ani-  
mus, spem omnem in Duae bonitate, meritoque  
Dni mei Jesu repono.

### Diffidentia.

Ac ne rursus mihi quidquam arrogem, cui  
nihil habeam, neve mihi placeam plus equo,  
statuo omnibus in rebus, a De pendere, cui

lium, opemq; imploro. Quod ut faciam, me  
iq; sim memor, humiliter supplico, ut dum  
tui obliviscar, Tuusq; Dñe, non oblivisca-  
ris. Moncat me Angelus, quem mihi pra-  
sidem deputasti: illi curam mei singulari-  
ter commenda: me portet in manibus, ne lar-  
te offendam ad lapidem pedem meum, su-  
per aspidem, et basiliscum ambulem, et con-  
sulcem ipso adiutore, leonem et draconem.

Actus charitatis D.E.

Diligam De Dñe, totis viribus meis, tota  
mente, tota anima mea, obediam legi tuae  
ad mortem usque, quam paratus animoli-  
benter suscipere, pro Religionis, Honorisq; tui  
amore, ac conservatione. Quidquid affectus  
est in me, quod in aliqua, vel etiam in om-  
nibus creaturis, quantumcunque amicis re-  
positum sit, id omne revoeo ad Te, atq; repo-  
no; cui adhaerere mihi est bonum, et certu-  
est. Utinam De presentem semper videam,  
in amplexibus tuis quiescam, Tecum collo-  
quar, de Te cogitem per diem, de Te som-  
niam per noctem, sitq; omnis mea recreatio,  
cibus et relectio, Tecum versari perpetuo. A.

Inten.

### Intentionis rectificatio.

Sibi quoque Dñe, per omnes miserationes  
Tuas supplico, ut quidquid hodie, et om-  
ni aeternitate edero, sive bibam, sive come-  
dam, sive legam, sive ambulem, sive ali-  
ud quidpiam mente, ore, et opere contre-  
ctem, illud cedat ad Gloriam Nominis  
Tui, id enim ipsum cupio, ut omnibus in-  
rebus, Tibi soli placeam. Ac ideo, quid-  
quid hodie faciam, facere volo, propter No-  
men Tuum. Et si id, vel occupato, vel ex in-  
firmitate, aut oblivione exciderit, Tu prom-  
ptissime huius voluntatis, ac resignatio-  
nis rationem habere digneris. Rn.

### Examinatio Suiipisus.

Agnosco Deus meus me, in conspectu Tuo  
esse nihilum; ac indignissimum pulviscu-  
lum; ideoq; ut equum est, in centrum usque  
terre, meique nihili, prorsus abdo, ac de-  
mitto.

### Mentorum Christi, ac S. Apost.

Quemque præter propensam in De voluntate  
nihil in me inveniam, quod Tibi offeram,  
ad ea, que mei causa condidisti, ac para-

sti, confugio. Ac imprimis Filii Tui Dni  
Id. I. Christi, ardentissimum in De amorem,  
obedientiam, virtutesq; omnes, quibus orna-  
tus est, quasq; unqm̄ exereuit a Imo Conce-  
ptionis sue instanti, et aeternum exerebit,  
offero. Eiusdem menta omnia, ac Sma  
Matris eius, Virginis augustissimi MARIÆ,  
corda inflammata omnium Spirituum cele-  
stium, Sidem Patriarcharum, constantiam  
Prophetarum, labores Apostolorum, penas  
Martyrum, Sanctitatem Confessorum, puri-  
tatem Virginum, totiusq; Trine Trinitatis co-  
gitationes, motusq; omnes, qui Tibi unquam  
placuerunt, placebuntq; in omnem aeternum.

Adde Solum omnium (sive in Tibi iam  
adsint in Patria Comprehensores, sive in  
exilium serriant Viatores) internos, exter-  
nosq; adus. Omnia Sacrificia, que nunc, per  
universum offeruntur orbem, quoque un-  
quam omnes mortales obtulerunt, obstat  
Iusto, et aeternis offeruntur saeculis.

Omnium Item Religiosorum, laudes, ora-  
tiones, mortificationes, curas in animis iu-  
vandis, Sacramentis administrandis: Verbo

Dei predicando. Gustorum item omnia opera, tribulationes, labores, ac dolores, quibus omnibus voluntatem meam adiungo, et particeps haberi cupio. Fungo his quoque, quidquid est creaturarum, sive ea existant, sive interierint, aut futura sint, sive etiam in aëre transiente consistant, optoque ex animo, ut quidquid in eis boni est, aut naturale, quod a Deo perficitur, tam in demonibus, quam etiam in perditis hominibus, Deo laudet, ac predicet. Solo eo damnato, quod peccati turpitudinem, ac rationem continet.

In optatis est etiam mihi, omnium reum esse in kindies multiplicatum in linguas, ardentissimorum Prophetarum concertum, ut saltem partem aliquam Dei attingant magnitudinis, attollant, et glorificent in secula.

Agnosco Deo Deus meus, esse summum Bonum, ac infinitum, amabile propter seipsum, ideoque desidero Deo amare, si liceret potest, cum ea perfectione, cum qua amant Deo nunc, omnes Spiritus beatorum, et omnes Beatorum in laetitia. Cum qua amabant Deo, et amabunt in eternum, omnes res create, cum Angelis et San-

ctis omnibus. Et si esset possibile, desidero De  
amare cum ea perfectione, cum qua Deipsum  
diligis, diligebas ab eterno, et in eternum  
diligas. Desidero etiam ex animo, ut pos-  
sim patienter Perre, et operari Potum id, quod  
quid perulere, et operata sunt, ac in eternum  
perferent, et operabuntur omnes creatura, pro-  
pter Tuum Honorem, ac Gloriam.

Desidero, præterea: ut toto vita mea tem-  
pore, in a sume vero hoc die, possim De Deum  
meus laudare, magnificare, et honorare tan-  
tum, quantum laudant, magnificant, et ho-  
norant De omnes simul creatura, ac omnes  
Beati in Cælo.

O si ego, in hoc temporis momento, possem  
Tibi reddere, omnem Gloriam, honorem, lau-  
dem, quam Tibi simul reddunt in presen-  
tiarum, omnes Beati Spiritus, omnes Jus-  
ti in Terra, hoc facerem libentissime, sed  
quia non possum, velis o Dñe! acceptare  
bonam voluntatem meam, quam habeo  
erga Tuam Divinam Maiestatem.

Gratiarum actio pro  
omnib. Benefic.

Quod

Quod munus mei est, etsi sit exiguum,  
gratias Maiestati Duae ago, quas potissimum  
maximas, pro innumeris, et maximis bene-  
ficiis, quae ex momento conceptionis meae usque  
in hanc horam, de Tua suscepi benignitate,  
pro innumeris, quae nunc, et in hoc temporis  
momento, a Te suscipio. Pro infinitis, quae  
usque in finem vitae meae, et per totam aeter-  
nitatem cum accepturus, et thesauro immen-  
sae bonitatis, et largitatis Duae.

Inter faeces, et lutum terra huius, verm-  
culus haerens, quem oculo clementiae Duae  
intuitus, ut ab aeterno, ita et in tempore, ere-  
xisti de stercore, et inter filios Duos, inter  
amicos Duos collocasti, ut discam timere, et  
amare Te. Qui amas creaturas Duas, et ni-  
hil odisti eorum, quae locasti.

Petitis pro omnibus virtutibus  
acquirendis.

Obsecro Te idcirco, ut propter indigentiam bene-  
ficia amem Te, sed quia bonus es, et amabi-  
lis valde, infunde in me amorem Tuum, et  
illa, quae promoveant eum. Da mihi sapientiam

tiam, que veniat de Sede Maiestatis Tus  
que mecum sit, mecum labore, et tuam,  
quid acceptum sit, coram De, omni tempore;  
prudenciam, que opera mea dirigat omnia,  
ut ab errore vindicata, felicem sortiatur  
exitum. Da profundam humilitatem, magnam  
animarum letum, patientiam, invictam  
fortitudinem, constantiam, paupertatis ama-  
rem, Angelicam castitatem, obedientiam in-  
defectam, misericordie viscera, benignitatem,  
mansuetudinem, ceterasq; laudes, ac ani-  
me ornamenta, maxime vero eas, quarum  
vicio contrario laboro, quod expugnare, et e-  
vellere omnino intendis, virtutem item contra-  
riam insere. Dixi, nunc cępi, Da, quod iubis,  
et iube, quod vis.

Timoris, ac fiducie.

Unicum superest, quod timeo vehementer, ne  
scitot in aliquod peccatum prolabar. Mul-  
te occurrunt occasiones, hostes quam plurimi,  
tum externi horroribus, tum interni permissio-  
sissimi. Concupiscentiam namq; passionem, ac  
prave affectionem, saepe moleste tenent inogi-  
nato. Hęc ultima voluntas mea, ac resolutio,

nunquam a lege Tua, ac voluntate, discede  
re velle, non modo, cum de amicitia Tua di  
solutione agitur, sed ne in minima quidem re  
ubi de voluntate Tua, aliqua mihi constabit  
ratione. Protest. contra peccata.

Quod si forte per imprudentiam, quicquam cogi  
tavero, disero, peccero, quod beneplacito Tuo re  
pugnet; coram De Dñe, totaq; Curia laesi prote  
stor: id præter, et contra voluntatem meam  
erri. Si aliter accidat, miserere Dñe, et illico  
errantem revoca, cadentem subleva, et ne id  
contingat, propter bonitatem Tuam, obtestor  
De misericordissime Pater, ut me prævenire  
digneris, in benedictionibus Tuis, et me tan  
quam rem Tuam possideas, et regas, quidquid  
sit de libero arbitrio meo, quod Tibi potest  
repugnare, illudq; quia illa Tibi visum est, po  
suisti in manus voluntatis Tuae mee: cedo  
iuri meo, ut illud cogas, si opus est (quoniam  
sic movere potes Gratia Tua, et coactione o  
pus non sit) illud si placet, vineas, ne contra  
De rebellet, nihil contra voluntatem Tuam com  
mittat, unice velit, quod Tu vis, unice nolit,  
quod non vis, unica eius voluntas sit, volun  
tatis Tuae beneplacitum, querere, ac parere. Tu  
us enim sum, creatione, conservatione, redemptio

ne, speciali vocatione, nature conditione, vo-  
luntatis proprie electione. Heu quanti salus  
mea Tibi consistit, ut me creares, uno verbo  
factum est, ut me redimeres, Sanguinis Tui pro-  
fusio necessaria, iudicata est. Quidquid sit  
de utroque, fac de me, quod Tibi meritis red-  
di, et mihi abunde satis est.

Cum a De aliquid peto, si Tibi minus pla-  
cet, recusa, id enim solum peto, quod Tu vis,  
non quod ego volo. Nec largire potenti, quod  
honoris Tui derogare, quod voluntati Tuae repu-  
gnare, quod mihi possit obesse, id enim mihi  
obest solum, quod non placet Tibi: si quid  
mihi concedas, id sit odium mei, et amor Tui.

Exaudi ergo hanc deprecationem meam De-  
us meus, et concede: ut non tantum mihi, sed et  
alijs prosit, quod ad Gloriam Tuam promoven-  
dam postulo, mentis, et precibus: *Soma Penitenti-*  
*cis Philii Tui. Qui vivis &c.*

### Oratio devotissima

ex Granatensi.

DEUS DEUS meus, ad Te de luce vigilo,  
dicit *Simus Rex David Psal. 62.* Et post  
addit: Si memor fui Tui, Super Scratum

meum, in matutinis meditabor in Te, quia  
fuiſti adiutor meus. Et ego Dñe mi, mane  
ad Te, vigilare volo, cum S. Recde hoc. Illud  
ſit primum, negotiorum meorum, et principiu  
meorum cogitationum: ad id enim agendum  
potiſimum devinctus ſum: hic finis eſt, ad  
quem creatus ſum, una cum alijs rebus, et  
ſunt: laudare, glorificare, exaltare, honor  
Sanctum Tuum; Tu enim principium es, et fi  
nis omnium rerum. Principium dico. Sine prin  
cipio, et finis ſine fine. Quemadmodum enim  
nemo potuit creare quidquam ſine Te, ita crea  
ri non potuit aliquid per alium, quam per  
Te: ut Tibi ſervirent omnia, Te laudarent,  
ac omnia Tuam Gloriam predicarent.

Tu es univerſalis omnium bonorum lar  
gitor, cum nullum inveniatur natura bonu  
aut gratia, corporis vel anime, quod non ori  
ginaliter derivetur a Te, qui fons es univer  
ſalis omnium bonorum. Tu es pelagus quod  
dam omnium perfectionum, omnis magni  
tudinis abyſſus, infinite bonitatis ac mi  
ſericordie mare, infinite pulchritudinis in a

do. Tu es Deus deorum, Sanctus Sanctorum,  
Rex regum, Dominus dominorum, Causa Cau-  
sarum, Ens entium, Vita viventium, Ordo  
universi, Pulchritudo mundi, Gloria Celi.  
Tu es Creator meus, qui me ad Imaginem,  
et similitudinem Tuam, de nihilo creasti.  
Tu es meus Conservator, qui me Tua conser-  
vas providentia, ne rediger in nihilum. Tu es  
meus Sanctificator, qui me per Gratiam Tuam  
extollis ad digniora. Tu es meus Honorificator,  
qui me creasti, ut Tua fruere Gloria. Tu es  
meus impulsor, adiutor, defensor, preservator,  
Pastor, ac benefactor. Tu es meus Rex, meus  
Pater, meus Sponsus. Tu es centrum Animae  
meae, ultimus meus finis, in quo consistit  
omnis mea felicitas, beatitudo, et ultima  
vitae meae perfectio. Tu mihi es omnia, in  
quantum Deus es.

In quantum vero Homo es, Tu meus Re-  
demptor es, Salvator, liberator. Tu es Aposto-  
lo teste, mea Sapientia, mea iustitia, mea Sa-  
ctificatio, mea redemptio, meum Sacrificium,  
meus Agnus, meus Sacerdos, meus Advocatus,

meus

meus Interceptor, meus Magister, meum ex-  
plum, mea Fortitudo, mea consolatio. Tu es  
universalis omnium malorum meorum medi-  
cus: Tu enim sanasti meam Superbiam Tua  
humilitate, meam avaritiam, Tua paupertate,  
meas voluptates, Tuis doloribus, meam iram  
Tua mansuetudine, meam invidiam, Tua cha-  
ritate, meam Gulam, Tuo felle, et aceto, quod  
amore mei bibisti: pigritiam meam, Tua dili-  
gentia, et immensis pro me, exantlatis labo-  
ribus. Amore mei ieiunasti, huc illuc discur-  
risti, sudasti, vigilasti, orasti, lacrymatus es,  
in exilium eiectus, persecutionem passus, den-  
sus, subsanatus, conspatus, Plagellatus, Spinis  
coronatus, crucifixus, plus ceteris hominibus  
huius mundi afflictus, et tandem mortuus es.

Omnia haec Dñe, beneficia Tua sunt, pro  
quibus Tibi devinctus sum, que et rationes  
sunt, ob quas, me ipsum Tibi debeo; et vincu-  
la sunt, quibus me comprehensum, et ligatum  
tenes. Quid retribuam Tibi Dñe, pro omnibus  
que retribuisti mihi? quo munere, aut quibus  
obsequiis, tantas gratias mihi exhibitas, com-

pensabo? Certus enim sum, etsi omnia corda  
hominum solus haberem, et cum omnibus De  
solum amarem, non possem ne minimum De  
debitum reddere, quomodo igitur pro tot, et  
tantis, Tibi satis Paciam? Quomodo negare De  
bi potero, illud unum, quod habeo, pro omni  
bus, cum tantum Tibi debeam, pro singulis  
exhibitis mihi beneficiis? quid dicam Dne  
mi? quid facia? Non possum aliud dicere,  
vel facere, quam infinitas Tibi reddere Gra  
tias, pro tanta beneficiorum Tuorum multitu  
dine, et orare omnes creaturas, quae sunt in  
Caelo, et in terra, ut me adiuvent laudare De  
et Gratias habere Tibi, quas ego solus non  
possum. Cantemus igitur canticum, quod ce  
cinerunt tres pueri, in ardenti fornace Baby  
lonis. Benedicite omnia opera Dni Dno ec.

Nec Tibi tantum debitor sum omnium  
harum benedictionum, & laudum, quia Tu  
us totus sum, sed etiam meipsum debes Ti  
bi, cum Tuus tam iustus sis rationibus. In  
India nova, sepe homo hominem rubro emit  
pileo, et homo tam vili emptus pretio, adeo  
subicitur emptori, adeo in potestatem eius

transit

transit, et illi servus fit, et ne momenti tem-  
poris, ne unius ternucii sit dominus: cum q̄  
emptori placet, aliquando adibus includitur  
et in vincula conicitur: quodsi obedire nolit,  
percutit eum, flagellat, et fustibus caedit, ei q̄  
stigmata inurit, et pro libidine sua illum  
tractat. Ego igitur Dñe, qui tot titulis, nomi-  
nibus, et rationibus Tuus sum, quia me crea-  
sti, et pretiosissimo Tuo Sanguine redemisti,  
quia me conservas in omni puncto, et momen-  
to vite mee, adeo: ut sine Te manum, aut  
pedem movere, aut aliud quidquam agere,  
non possim; quomodo me a Tua servitute po-  
terò liberare? quomodo poterò Tibi negare  
quod Tuum est? quomodo poterò mei ipsius  
esse Dñus, vivendo velum voluntatem meam,  
cum tot modis Tuus sim?

Humiliter igitur agnosco debitum me-  
um, in posterum me offero, et me totum Tibi  
trado, in perpetuum servum, et mancipium  
Tuum: Similiter et omnia Tibi offero, que  
hodie, aut in reliqua vita mea, cogitabo, di-  
cam, aut faciam, nec non et omnia, que amo-  
re Tui sufferam: ita, ut esus, potus, Somnus,

et

et quid quid agam, id omne fiat ad laudem  
honorem, et gloriam, Tui S<sup>m</sup>i Nominis. Super  
omnia haec, immolo Tibi memetipsum, ne post  
haec sim meus, sed Tuus, et non vivam am-  
plius secundum meam voluntatem, nec labo-  
rem mihi, nec queram me: sed ut in omnibus  
et per omnia, queram Te, Tuae paream volun-  
tati, et in Tuo sim absidius obsequio: adeo:  
ut quotiescunque contrarium fecero, agnosca-  
me esse furem, et alieni raptorem, cum sub-  
tutus fuero obsequium et obedientiam, qua  
tam multis titulis, iuste Tibi debeo.

Sed quia tam grande debitum reddere n<sup>o</sup>  
possum, sine Tua Gratia, oro Te D<sup>ne</sup> mi, ut in  
hoc me iuves, et crees in me cor novum, quod  
non destinet suum, ne quidem temporis mo-  
mentum, quod non Tuo impendat servitio.  
Da mihi quoque voluntatem, cui nihil magis  
sit in desiderio, quam observare D<sup>na</sup> man-  
data Tua, Tuoque parere voluntati. Largire  
mihi quoque intellectum, ac memoriam, quae  
nunquam obliviscatur Tui. Praeterea tribue  
prenum linguae meae, custodiam oculis me

is, Sinceram puritatem cordi meo, aſperitatem  
carni meae, mortificationem omnibus appeti-  
tibus meis, cunctisque ſensualitatis affecti-  
bus. Denique da mihi profundam humilita-  
tem cordis, et cum ea, patientiam, obedi-  
tiam, mansuetudinem, caſtita-tem, veram di-  
ſcretionem, ſpiritum paupertatem, Zelum amo-  
ris tui, amorem erga proximum, et ſinceram  
compaſſionem in illius tribulationibus. Qui  
vivis et regnas in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Orationes devota  
de Vita, et Paſſione, ac mor-  
te, Salvatoris noſtri.

Ima Immortales o dulciſſime Pater, ago tibi  
gratias, quod amore mei, de Regali tuo Pala-  
tio, atque ex altiſſimo Patris ſinu, in hanc  
vallem miſeriarum deſcendiſti, et in ſmo  
caſtiſſima Virginis Matris tuae utero, carne  
humana aſſumpſiſti. Oro, de Dno, ut cor me-  
um tibi propares habitaculum, eumque in fine  
ad omniſſenis virtutum floribus adorns, ut  
Tu ſolus perpetuo in illo habites. Utina Dne,  
tuae placeret bonitati, ut tale eſſet cor meum.

ne viderer Te imitare: sed ut in me veni-  
res habitatum, et ego Te merer recipere sua-  
viter, Tuque in eodem corde requiesceres sine fi-  
ne dulciter. O si Te amplectari possem brachiis  
amoris tam potentis, ut nunquam a Te aut cogi-  
tatione, aut affectione divellerer.

Ago Tibi gratias, dulcissime IESU, qui quod  
quam conceptus es in utero gloriosae Virginis  
MARIE, voluisti eam visitare per montana co-  
gnatam suam Elisabeth, ut saluaret eam,  
et tempore partus ministraret. Tu non dedi-  
gnatus es gloriosissimis Matris Quaresimib;  
novem claudi mensibus: ideoq; Te oro, da mi-  
hi vere humilitatis gratiam, et dignare me il-  
lam cordis mei pontificalibus imprimere, ut illig  
beneficio, semper me paratum invenias, in rebus  
ad Tuum ministerium pertinentibus. Fac Dñe,  
ut cor meum res humanas semp fastidiat, et  
Te suum habere habitorem et Dnum, perpe-  
tuo desideret.

Ago Tibi gratias, suavissime IESU, qui de sa-  
cratissima Virgine sine dolore, et puritatis vir-  
ginalis damnata natus es; quosq; Te natum ma-

in praesepe posuit, ut pauperem, et mortale,  
Deq; humiliter adoravit, ut D. E. M., et omnium  
Creatorem. Praeco Divinam Tuam misericor  
diam, ut digneris continuo natus in me, per  
novum charitatis ardorem; et ut unicum meum  
sit desiderium, sola Satietas, et firma spes  
cordis mei. Placeat Tuae bonitati, ut Te solum  
semper quaram, de Te semper cogitem, Te solum  
amore ardentissimo diligam.

In finitas ago Tibi Gratias, o dulcis I. E. M.,  
quod in intensissimo natus ludonis horrore,  
non de dignatus es vilissimis involvi pannis,  
et Virgineum lac de gloriosa Matris pectore  
sugere, et quasi simplex, et innocens gusio, Vir  
ginis papillas lambere cum vere D. E. M. chos om  
nipotens. Concede mihi D. n. e. ut in conspectu Tuo  
semper verus sim infantulus humilitate, ve  
ri pauper Spiritu. Da, ut amore Tuo non recu  
sam ferre quaecunque aspera et laboriosa, ni  
hil amem in hoc mundo, praeter Te; nihil in  
hoc mundo praeter Te, desiderem possidere.

Gratias ago Tibi, benigne I. E. M., quod sta  
tim, cum natus chos, Angelorum cantibus con  
celebrari voluisti, et a pastoribus maximo cum  
gaudio, et admiratione adorari. Da mihi Gratias  
am

am Dñe, ut iuditer in Tuis laudibus cum gaudio perseverem, utque De in Societate pastorum diligenter quæram, querendo inveniam, et invertum, in æternum De possideam.

Laudare semper, et glorificare, bone IESU, quæ tuo die, 2dum consuetudinem veterem, circumcidi voluisti, et in ætate illa tenerissima, sanguinem amore mei fundere copisti; utque me ineffabili consolatione beares, IESUS vocatus es. Supplicis Tibi Dñe, ut digneris me referre in Album Electorum Tuorum, et nomen meum in Libro scribere Beatorum: utque omnem Superfluitatem animæ meæ circumcidas, hoc est: diosa et noxia verba, opera iniqua, cum impuris, inanibusque cogitationibus abscindas. Redemptor mi, Tu vocaris IESUS, hoc est: Salvador: Tibi enim soli venit dare salutem. Idcirco peto a Te Dñe, ut suavissimi huius Nominis memoria, expellat a me omnem inordinatam pusillanimitatem aeternitatis, et mihi misericordiam Tuam spem tribuat firmam, et defendat me ab omnibus inimicorum meorum persecutionibus.

Gratias ago Tibi, dulcissime IESU, qui a Magis, Te ex intima devotione, fideque sincera querentibus, inventus es; idque stella coruscante de

ctore

stare; qui ante Te, denibus advoluti, obtulerunt  
aurum, thus, et myrrham. Concede mihi, Dne:  
ut Te in consortio istorum Amoræ Radium que-  
ram, non in Bethleem, sed in cordis mei presi-  
dio, in eaq̄ inventum adorem Te, in spiritu et  
veritate; offeram Tibi aurum splendentis charita-  
tis, incensum devotionis, et myrrham perfectam or-  
tificationis. Da mihi deniq̄ gratiam, ut omnes  
vires, omnemq̄ animi fortitudinem, imitanda Ma-  
rita Tua, promptus, et alacris impendam.

Ago Tibi Graas Dne Iesu Christe, qui ut da-  
res nobis exemplum obedientiæ, atq̄ humilitatis  
voluisti legi amore nostri subiri, et ad templum  
in brachijs Amæ Matræ Tuæ delerri, et pro Te ob-  
lationem non divitis, sed pauperis offerri. Quare  
Iustus, et Senex ille Simeon, cum Anna Prophe-  
tissa ob Tuam presentiam exultantes, celeberris  
mæ Tuæ gloriæ dederunt exemplum ac testime-  
nium. Placeat bonæ voluntati Tuæ Dne, ne un-  
quam in posterum cor meum subintret v̄ minima  
vanitatis cogitatio. Ach quam beatus essem, si  
a me omne genus presumptionis exularet, omninq̄  
appellitus humani ac mundani favoris, cum toto  
mei ipsius amore inordinato extinetus esset. Di-  
gnare mihi Gratiam Tuam largiri, ut mihi ab

omni humana laude caveam, omnibusq; me  
hominibus subiciam, iisq; non inuitus obediam.

Ago Tibi gratias, dulcis IESU, quia cum es  
adhuc parvulus, persecutionem sustinere incipi  
sti, una cum charissima Tua Matre, nec dedigna  
tus es in Aegyptum fugere. Da mihi gratiam, ut  
in omnibus persecutionibus, in omnibus meis  
tribulationibus ac tentationibus, fugiam ad Te,  
Te quaeram, Te solum invocem, et quotiescunque  
predicta mihi de manibus Tuis advenient, Pa  
troni, ut ea cum gaudio suscipiam, et tranquillo  
corde subteram, Tibi continuas agens gratias,  
pro omnibus, quae Tibi de me placebit statuere.

Gratias quoque infinita ago Tibi Dne IESU,  
quia charissima Tua Mater, cum maximo Te do  
lore quesivit, cum Tu in Templo remansisti, et post  
tres dies, cum summo gaudio, Te in medio docto  
rum sedentem invenit, quos audiebas, et inte  
rogabas, cum incredibili sapientia. Ach Dne p  
Tua sola bonitate, da mihi, ut ego nunquam sepa  
rer a Te, nec Tu a me. Expelle a me, omne socor  
diam ac torporem, extermina animi invidita  
tem, quae Tibi tantopere displicet, et da mihi p  
fectam devotionem, et ardentem Tua iustitia si  
tim, quae ita possideat cor meum, ut nunquam

latus, nunquam serviendo Tibi, Sim Satiatus.  
Pat. Most. Ave.

2da.

Ago Tibi Gratias, dulcissime P. S. U., qui Jordanis fluctibus ingreſsus, voluisti manu Praeceptoris Tui Joannis baptisari. Dignare me Dñe per merita Tua purificare in hac vita, et ab omnibus vitiis meis me mundare, et inebriare amore Tuo, ac Coelestis Patria desiderio. Fac me, antequam anima mea, ex huius carnis escat ergastulo, talem, qualem me esse vis, ut discedens ex hac peregrinatione, confestim Deum Sim: ut De Semper videam, De Semper laudam, in beata illa aeternitate, que nullum agnoscit finem.

Gratias sine fine Tibi ago, benigne P. S. U., quoniam agens in deserto, priusquam Evangelium predicare cepisti, inter animalia fera vixisti, et perseverans in ieiunio, 40. diebus, et 40. noctibus, vigilansque in continuis orationibus ac suspirijs, postea voluisti a Satana tentari: et postquam victor extitisti, venerunt Angeli, et ministraverunt Tibi. Concede mihi Dñe, ut cum Tua Gratia, possim castigare carnem meam, et omnes vitiosos a flectibus Spiritui Submittere, utque cum dono perseverantia, me exercam ieiunijs, vi

2  
Silijs

vigiliis, et orationibus, alijsq; omnibus exercitiis spiritualibus. Precipue autem Dno, concede mihi, ut auxilio Tue Græ, liber sim, a vitio gula, et ab omnibus alijs laqueis, ac impugnationibus diaboli, nulla tentatio adversum me prevaleat, nulla me a Te separet; imò fac Dno, ut omnia hæc mihi maiorem prebeant occasionem, arctius me Tibi adiungendi, ac unigendi.

Agō Tibi Gratias dulcis IESU, Qui amore me afflictus es in hoc mundo multis doloribus, et diversis necessitatibus, estu, frigore, siti, fame, lassitudine, ac sudoribus: varijs itineribus, vigiliis, persecutionibus, et tribulationibus cuiuscunq; generis. Da mihi Dno, ut pro amore Tue, cum gaudio, omnes adversitates suscipiam, sicut a manibus Tuis mihi venientes suscipiam, easq; magna cum patientia perforam. Da, ut in quacunque re prospera, vel adversa, tristi, vel læta, turbida, vel tranquilla, semper in Te perseverem, nec latum unquam a Te discedam, ut in omni re, Tua fiat voluntas, non mea.

Agō Tibi Gratias, Iuavissime IESU, quia plurima peccatus es, dum anime meæ quæris conversionem, ac salutem, tanqm̄ verus Pastor, et

Salvat

Saluator mundi, pernoctando in orationibus  
fatigando se itineribus, Caesarem promulgan-  
do doctrinam, de Provincia in Provinciam, de Ci-  
uitate in Civitatem, de Castello in Castellum des-  
currendo; in nulla re, officium boni Pastoris om-  
mittendo. Quae Dne, hanc impartire mihi gra-  
tiam, ut de Caetero nunquam tardus, aut ignavus  
in Deo inveniar servitio, sed ut semper prom-  
ptus et alacris sim ad omne bonum agenda.  
Da, ut salutem omnium ardentissime sitiam,  
et Zelum Honoris Tui semper habeam, in cogi-  
tando me totum occupem.

Gratias ago Tibi, benigne Deus, eo, quod conven-  
sando cum hominibus, benigne illos consolari vo-  
luisti, et pro magna Tua misericordia, infirmi-  
tates eorum curare. Da mihi Dne cor, pia qua-  
dam affectione in omnes plenum, ut omnibus com-  
patiar, quos in afflictionibus video. Fac quoque  
Dne, ut aliorum miserias, meas esse existimem,  
utque sincero corde, et sine aliqua passione, alio-  
rum imperfectiones seram, operamque illis prope-  
stam, in omni eorum necessitate. O Dne, pur-  
ga perfecte mentem meam ab omnibus vitiosis  
passionibus, ac omnibus malis desideriis, quae  
dominantur in illa, ut ab his omnibus malis  
sanata, omnibusque impedimentis immunis, li-  
berissime

berissime in Caelum evolet, nec prius quiescat,  
quam ex purissimo amore mereatur ad Divi  
nos Tuos amplexus pervenire.

Ago Tibi gratias bone P. S. U., quod propter amo-  
rem Tuum, quo me complexus es, innumeras  
iniurias, blasphemias, calumnias, et persecutio-  
nes, ab iis potissimum, quos infinitis afflicbas  
beneficiis, percipere es. Obsecro Dne, largire mi-  
hi cor vere simplex, ac innocens, ut inimicos di-  
ligam meos, et malum illorum ex corde mihi  
doleat, Semp eos, si qua in re delinquant, ex-  
cusem, ut reddendo bonum pro malo, Tuae perfe-  
cta charitatis, Tuaeque patientiae verus sim imitator.

Ago Tibi gratias, dilectissime P. S. U., quod venisti  
in Jerusalem humilis, ac mansuetus, sedes su-  
per asinam, et canentibus ijs, qui obviam Tibi  
procedebant, iuundissimis hymnis, et gloriosis  
laudibus, Tu lacrymas amantudine plenas ef-  
fundisti, quas dolor de tam celebri urbis des-  
tructione, et de tot animarum perditione con-  
ceptus, exprimerebat. Da mihi Dne, intrinseca  
mei ipsius cognitionem, ut aperte meam cogno-  
scam vilitatem, et me profundissime humiliem: me  
ipsum adeo contemnam, ne posthas, mihi adu-  
lationis, aut comendationis hominum placeant, sed

ut arduus maneam in plangendis tam me  
is, quam proximi mei peccatis, omne illius ma  
lum, reputans meum. Pater. Ave.

Itia. Ago Tibi gratias, Dñe Pelli Christe, quia ut  
legi videri finem imponeres, Agnum Pascha  
lem in Ierosalem cum Discipulis Tuis man  
ducasti; demq; illis exemplum maxima hu  
militatis, et amoris ineffabilis, positus genibus,  
pedes omnium lavisti, extergens eos linteo, quo  
percinctus eras. Oro Te Dñe, penetret exemplum  
hoc, cor meum, et ciciat ex eo, quameuq; presu  
ptionem, ac Superbiam, qua in Ioseo reperitur. Da  
michi Dñe, profundissimam humilitatem, cuius  
beneficio, gaudeam omnibus subici, sine alter  
catione. Adde et perfectam obedientiam, qua  
cum integre Tuis mandatis satisfaciam, una  
cum præceptis eorum, qui præstant in Tuo Do  
mine. Exculta in me Perentissimam charitatem,  
qua Te pure diligam, et per amorem Tuum, om  
nes homines amem.

Ago Tibi gratias, dulcis Pelli, qd ex charitate  
Tua excellentissima, instituisti Paerem Cor. et Sany.  
Tui; quodq; ex admirabili quadam liberalita  
te, nobis donasti in cibum: nec Te piguit cor

poraliter nobiscum in hoc mundo, usque ad  
consumationem seculi permanere. Ach Dne,  
excita precor, in me, vivum desiderium, et ar  
dentissimam famem venerabilis huius Sa  
cramenti. Concede mihi gratiam, ut ad hanc  
vita mensam accedam Suscepturus Te, cum  
amore casto, humilitate profunda, cordis pu  
ritate, & mentis sinceritate. Da etiam, ut Ga  
mca sic Te Sibi, sic amore Tuo vulneretur,  
ut tandem merear Divinis Tuis Privi volupta  
tibus, pro honore et gloria Domini Tui.

Ago Tibi gratias, melliflue PLSU, quod vo  
lens exire de mundo, admonuisti, et consolatus  
es Tuos Discipulos, idque verbis, amore San  
cto plenis, nec minus ardenti oratione illos Pa  
tri commendasti, ostendens: quanto amore illos com  
plectebaris, et omnes eos, qui per eorum doctrinam  
essent in Te credituri. Oro Dne, sentiat cor meum  
dulcedinem in Tuis verbis, et ut illa mihi dul  
ciora semper sint Super me, et faciem: vivat  
in pectore meo spiritus Tuae affectionibus plene  
exhortationis, ut me totum in Tuum amorem  
transformem. Dirige omnes actiones meas, ut

in me, et de me, Tua semper fiat voluntas.  
Gratias ago Tibi, dilectissime IESU, quod pro  
cidens in terram, extensis brachijs, Patrem pre  
caty es, De totum ad manus illius resignans,  
petens, ut in omnibus, non Tuus, sed Patris Tui vo  
luntas fieret. Obsecro Dñe, da mihi gratiam,  
ut in omni angustia, et necessitate mea, ꝑ ora  
tionem ad De curram, neq; totum Tuae conseru  
providentia, sine mea voluntatis electione, aut  
alicuiq; proprij commodi expectatione. Ne fugiam  
unquam adversitates, neque propter illas ab oro  
cepto resiliam: sed quidquid mihi supervenerit,  
id animo accipiam ꝑacato, tanqm̄ id, quod a pa  
tris Tuis manibus donatur, Perendo omnia cor  
de humili et quieto.

Ago Tibi gratias, o pie IESU, quod ab arma  
tis militibus capi, et lumbus, tanqm̄ homo  
sceleratus, et maleficius vinciri voluisti, inde  
ad Annam duci, et eius iudicio sisti non hor  
ruisti. O stupenda Redemptoris mei mansue  
tudo, dum apprehenderis, dum ligaris, dum  
illuderis, non mormuras, non reluctaris, sed  
tacendo sequens vestigia illorum, qui Te du  
cunt, imò trahunt, et fatigant, obtemperans

imperantibus Tibi, et Summa cum patientia per  
ferens tormenta, quibus cruciaris. O Dne, ne in  
videas mihi, ut exemplum tale, et virtutis tan  
te in me resplendeat, pro Gloria, et honore Domi  
nis Qui S. S. S.

Gratias ago Tibi, o Deus amabilis, Rex Celi  
et terra, quia stans ante Superbum, et in Platit  
Pontificem, non aliter, atque si homo vilis, et ab  
iectus luiticus, percutus es, et patientissime eni  
detem tulisti alagam, quam unus ex impijs mi  
nistris Tibi iniecit in Faciem. Precor Te Dne,  
mortifica in me omnes crescentes impetus irae,  
omnem comprime indignationem, omne odium  
tolle, omneq; scintillam cupiditatis vindictae ex  
tingue, et cum iniuria me quis afficiat, no per  
turbet, de vindicta non cogitem, sed omnia pa  
tienter sufferens, pro amore Dno, reddam bonu  
omnibus, qui mihi male faciunt. Pat. S. V. C.

4ta. Gratias Tibi ago, dulcis Deus, qui nocte pal  
sionis Dne inuisus, et dolus, a suis inimicis  
pugnis percutus, et calcibus prostratus, diversiq;  
iniuriarum modis clivocatus es. Tu sis Dne mi,  
quam grave, et molestum mihi sit, vel minima  
iniuriam perpeti. Tu sis, me virtutem habere neli-

lam, voluntatem meam esse tardam, et om-  
ne bonum desiderium fringere in me. O Dne, pro  
tua misericordia, meam adiuvam infirmitatem,  
da mihi gratiam, ne ad quemcumque impetu  
adversitatis, animus meus demittatur, et quasi  
humis serpere videatur. Succurre mihi, ne des-  
ciam sub onere tribulationum, que mihi super-  
venirent, nec iniuria ab aliis irrogata, mihi sto-  
mahum faciant, sed in omnibus gratias agens  
tibi, omnia ad honorem et gloriam nominis  
tui referam.

Agro tibi gratias Dne IESU, quod stans ante  
presidem Pontium Pilatum, ad falsas querelas  
et accusationes, non respondisti; sed quasi agnus  
mansuetus, qui non aperit os suum, et coram tor-  
dentibus obmutescit, sic tanquam aure surda,  
omnia preteristi. Concede mihi Dne, ne oblo-  
cutiones, murmura, detractiones mihi bilem mo-  
veant: sed ut tuo exemplo edoctus, omnes qui  
me iniuriantur et diffamant, tacendo vincam.  
Largire mihi, perfecta humilitatis gratiam, ut nec  
laudari ab hominibus appetam, nec propter te,  
contumeliam metuam.

Agro tibi gratias, cum me IESU, quod in sum-  
mo strepitu, et populi furore, iuxta Pilati dextra,

es ad Regem Herodem. Tribue mihi fortitudinem, ut persecutiones me non confundant, nec inimicorum iniuria ad iracundiam incident, nec eorum impudentia, me faciat erubescere: sed omnia queque, cum mansuetudine feram, et tacendo vineam, ut in patientia mea, possideam animam meam, secundum Domini mandatorum prescriptum.

Gras ago Tibi, Deus pie, quod ante Herodem stans, et de multis criminibus ac flagitijs a Pontificibus et ministris accusatus, ad nullum respondere voluisti, sed silendo causam tuam iustificasti. Da mihi Domine, decentiam, lingua meam retinendi, ne mihi unquam incesset cupiditas, otiosa, vana, vel turpia loquendi, nec in rebus sterilibus et infructuosis narrandis, tempus inutiliter consumam, sed concede, ut nihil, preterquam quod iustum, quod honestum, quod utile est, mea lingua sonet, quodque tue voluntati consonum est. Fac, ut detester vitium maledicendi, et de omnibus bona audire, et loqui libeat.

Itaque Tibi Gras, dulcis Deus, quod comparatus cum infami, et scditioso latrone Barabae

illo

illo prior iudicatus es, vitæque indignior,  
ad eò: ut homicida libertate donatus, et Tu  
author Vita, ad mortem sis condemnatus. O  
Dea Gloria æternæ, qua quæso potuisti affici  
Tua Maiestas maiori ignominia. Hic Dicitur  
siquet te esse lapidem illum vivum, reproba-  
tum ab hominibus, quem sibi Deus elegit, et  
fecit in caput anguli. Placeat Tibi Dñe, ne Ti-  
bi quidquam anteponam, et omnia Tibi compa-  
rata, sint mihi tanquam stercorea. Da, ne ven-  
erum invidie unquam inficiat animum meum,  
et in Te semper quiescam, et in Te omnem me-  
am constituam Salutem.

Agro Tibi gratias, amantissime ESSE, quod spo-  
liatus vestimentis Tuis, Sacram et Virgineam car-  
nem illam, nudam conspici peritus es: inde lincis  
duris ad columnam ligatus, horrendis Pla-  
gellis eandem carnem dilaniari voluisti, ut Tu-  
is vulneribus, nostra vulnera sanares. O Dñe, spo-  
lia cor meum omnibus immundis cogitationibus,  
exue me veterem hominem, cum omnibus operibus  
Tuis, et indue me novum, qui creatus est, ad ima-  
ginem, et similitudinem Tuam, in iustitia, et  
Sanctitate, et da mihi, ut cum omni patientia

et humilitate, paternae tuae visitationis, sustineam flagella.

Ago tibi gratias, benigne Deus, quod post tot vulnera, tot livores, in immensi illa flagellatione accepta, post sanguinem tam copiosum, toto corpore effusum, variis modis illusum, et subsannatus es: ad maiorem vero ignominiam tuam purpurea te klamyde circumdederunt, et plectentes coronam de spinis, imposuerunt eam capiti tuo, arundinem in manu pro sceptro dederunt, plectentesq; genua, Rogem te Salutarunt, imoluerunt, dixerunt: Sive Rex Iudaeorum. Fac do mine, ut memoria miserima istius tragedie cordi meo imprimatur, nec unquam inde deleatur: transige illud ardentissime charitatis tuae supplicium, ut te solum amem, de te solum copitem, in te solo requiescam, nec tribulationes, angustiae, vel persecutiones ulla, me separent a te, nec de te sustineam, si quando pro te contemptus sim, et ab hominibus proci sum.

Ago tibi gratias dulcis Deus, quod post tot angustias, labores, tribulationes et vulnera, pro me perpetua, voluisti etiam Crucem tuam, in brachiis tuis humeris, usq; in montem Calvarie to

cum Supplicii portare, idque cum Summo labo-  
re, ac lassitudine, pro nimia ponderis gravitate, et  
hauritq; corporis debilitate. Lacrima mihi Dne, ut  
alacri, et devoto corde Quem tuam amplectar,  
negando memetipsum, et exemplum virtutum tua-  
rum, cum ferventi charitate imitando, ut de he-  
militer in mortem subsequi merear.

Ago tibi Graas, o bone Deus, Qui in hoc labo-  
rioso itinere, quando cruciendus educebaris, la-  
mentantes lachrimas, benigne exhortatus es, ne sic  
per te, sed super te, et super filios tuos plange-  
rent. Da Dne, ut et ego, pias compassionis, et amo-  
ris pondam lacrymas, adeo copiose, ut duntaxat  
cordis mei liqueat, et acceptabile in conspectu  
Majestatis Tue reddatur. Concede mihi Domine,  
ut Animi sui amoris Flammis accensus, parvi, aut  
nihil curam, res mundanas, de vero solum  
diligam, et in Te sine fine requiescam. Amen.

Pat. Ave.

Sta.

Ago tibi Graas benigne Deus, quod lassus,  
et viribus exhaustus, nimio Crucis Tue prohus pon-  
dere, ad locum Pacifici tandem venisti, ubi in-  
ventus es totus afflictus, tibi penè encatus, quo  
tempore. Scelerati et barbari illi Satellites, ace-

tum Tibi felle mixtum bibendum obtulerunt,  
Placeat Tibi Dne, huius poculi memoria in me ex-  
tinguatur inordinata gula concupiscentia carnis  
delectatio, et fac, ne ulla unquam tempore, turpibus  
et illicitis delectationibus consensum prebeam.  
Sed largire mihi honestissimam, maximeq; nec-  
sariam temperantia virtutem, tam in edendo  
quam in bibendo, aliisque rebus servandam, ut  
refrenatis omnibus gula appetitionibus, De so-  
lum eturiam, De solum sitiam, in De solo, sit  
omnis mea voluptas.

Ago Tibi gratias, benedicite Pater, qui denovo  
vestimentis Tuus spoliatus, nudus coram omni  
populo stetit, ubi omnia vulnera Tua debra-  
ctis vestibus, qua concreto sanguine, carni ad-  
haerebant, recruduerunt, et renovata sunt: ex qui-  
bus iterum uberrimus sanguis efflavit, non di-  
ne dolorum Tuorum redintegratione. Largire  
mihi Dne, verum paupertatis amorem, ne un-  
9 Amabilissimus Qui in Matrem suam Dignissimam ab aeterno praeelegit, et sponsam, conceptionemque tuam, ac sanctam Nativitatem Parentibus tuis per Angelum pronuntiavit et vito seriem. Amen.

10 Amabilissimus: Qui Te praesentatam in Templo omni gratia replevit o Dignissima Virgo, ac omni virtute pulcherrime decoravit: sui quod in Templum suum Dignissimum mirabiliter consecravit. Amen

## DE CAS II

*Pater Noster. Ave Maria*

1 *Benignissimus: qui Te per Angelum suum Gabrielem reverentissime salutavit, qui suum in Te adventum Tibi pronuntiavit dicendo voce serena, (Ave gratia plena) Amen*

2 *Benignissimus cujus Angelus Te turbatam animavit, et Concupiendi modum indicavit, virtus que Altissimi Te tunc obumbravit et a consentiendum inclinavit. Amen*

3 *Benignissimus cui consensum prebuiisti. Ecce ancilla Domini. dum dixisti quem max Virgo permanens concepisti et Centum et Quinquaginta gaudia tunc habuisti Amen*

4 Benignissimus, qui conceptus statim in anima penam infinitam sensit atq; tristitiam, quae etiam erat tanta ut omnia excederet inferni tormenta. Amen

5 Benignissimus qui existens in utero tuo Joannem Baptistam visitavit, quem nondum natum sanctificavit, et Parenti illius loquelam reddidit, ac Elisabeth Spiritum praebuit Amen

6 Benignissimus cui Angelus in somnis Joseph apparuit, ne te repudiaret admonuit, quem etiam Novem Mensibus in Thalamo Virginali fovisti et portando nullum onus sensisti Amen

7 Benignissimus cum quo in Be  
tlehem perrexisti, et vilissimum  
stabulum pro hospitio elegisti, ubi  
Virgo permanens Dei Filium pe  
peristi et Centum et Quinquaginta  
gaudia, tunc iterum habuisti Amen

8 Benignissimus quem par  
vis involuisti ac in praesepe hu  
militer reclinasti flexisque geni  
bus reverentissime adorasti quia  
eum Dei filium esse cognovisti  
Amen.

9 Benignissimus cuius Nati  
vitatem Angeli Pastoribus nun  
ciaverunt, quem Pastores solcite  
quaesierunt inventumque adorave  
runt, visaque et audita ab Angelis  
retulerunt Amen

10 Benignissimus cui Ca  
put tuum Virgineum sepius in  
clinasti, et oculis castissimis fre  
quenter inspexisti, fragrantiam sui  
corporis in naribus sensisti et la  
bijs frequenter oscula impressisti  
Amen

## DE CAS III

Pater Noster. Ave Maria

11 Clementissimus quem uberibus  
tuis Virgineis sepius lactasti  
et amore ardentissimo semper ad  
masti, manibus mundissimis hu  
militer tractasti vestisti atq; cibasti  
Amen

2 Clementissimus in carne pro  
nobis circumcissus mandatisq; legalibus  
per omnia subiectus cui flenti et do  
lenti es compassa atq; more matrum  
es pie lachrymata Amen

3 Clementissimus cuius Nativ  
tatem Stella Magis indicavit atq;  
ad querendum vehementer instigavit  
quam praeuntem usq; Jerusalem  
sequebantur, et ubi natus esset Rex  
Iudeorū visitabantur Amen

4 Clementissimus quem Ieum  
in stabulo vili invenerunt, in ter  
raq; prostrati reverenter adoraverunt  
munera etiam mystica devote praebe  
runt, nam aurum Thus et Myrrham  
Domino obtulerunt Amen

5 Clementissimus quem in Tem-  
plum presentasti ubi Deum Patrem  
suppliciter adorasti Unigenitumq<sup>2</sup> suum  
sibi obtulisti et immenso gaudio re-  
pleta tunc fuisti Amen

6 Clementissimus quem Senex  
Simeon, per Sanctum Spiritum co-  
gnovit esse Filium pro redemptione  
cujus par turturum obtulisti et  
sic ad Civitatem tuam humiliter  
redijsti Amen

7 Clementissimus quem Herodes  
interficere voluit, sed ipse aliter  
disposuit. Angelus Sanctus in do-  
mnis Joseph apparuit ut Teum  
fugeret in Egyptum admonuit  
Amen

8 Clementissimus cum quo  
nocte media fugisti cum anxietate

summa, famem, sitim, in itinere pa-  
tiendo, ac corporis defectum pro tene-  
ritudine incurrendo. Amen

9 Clementissimus cum quo castissi-  
me, et humilime, laboriosissime et  
pauperrime, verecundissime ac San-  
ctissime inter Paganos in Egypto ha-  
bitasti per septem annos. Amen

10 Clementissimus quem ad terram  
Tuam ex admonitione Angeli reduxi-  
sti, ubi una cum ipso dulciter vixisti  
in summa sanctitate, ac morum gra-  
vitate Amen

## DECCAS IV

Pater Noster. Ave Maria

A Dulcissimus qui Tecum an-  
nis singulis in Jerusalem ascendit  
ubi pro redemptione Mundi tecum

exoravit sicq̄ salutem plurimorum  
a Patre impetravit Amen

2 Dulcissimus quem semel in  
Jerusalem per triduum perdidisti  
et inter notos et cognatos lachrymo  
se quæsiisti, quibus diebus nec libe  
re, nec comedere, nec dormire potuisti  
sed diebus singulis inconsolabiliter  
flevisti Amen.

3 Dulcissimus quem invenisti  
post triduum, sedentem in Templo  
in medio Doctorum audientem illos  
et interrogantem sacram̄q̄ scriptu  
ram eis exponentem Amen

4 Dulcissimus qui tibi semper in  
omnibus fuit obediens surrexitq̄  
de medio tecum revertens quem  
cum lachrymis præ gaudio ample

xabaris et osculo Virgineo. Amen

5 Dulcissimus qui Tibi et Joseph  
obsequiosissimus erat semper et fa-  
miliarissimus tecumque quotidie de cele-  
stibus loquens ac Divina secreta Ti-  
bi plurima pandens. Amen

6 Dulcissimus qui anno etatis  
sue duodecimo, revelavit Tibi ore suo  
Divino maximam animae suae pe-  
ccatam, quam a sua Conceptione susti-  
ruit et usque ad mortem continue pati  
habuit Amen.

7 Dulcissimus qui Tibi etiam  
omnem numerum salvandorum  
mirabiliter revelavit et Damnandu-  
rum qui unquam fuerunt sunt et  
erunt a mundi initio quos congrega-  
bit ac separabit in extremo ju-  
dicio Amen

8 Dulcissimus quem Joannes  
in Jordane baptizavit ubi sacro  
mentum Baptismi intinavit super  
quem tunc Spiritus Sanctus de  
Celo venit, et cui Pater testimonium  
verum dedit Amen

9 Dulcissimus qui Quadragin  
ta diebus jejunavit et sine cibo cor  
porali in Deserto perduravit ubi for  
mam jejunandi prae monstravit et  
jugiter suum Patrem pro peccato  
ribus interpellavit Amen

10 Dulcissimus quem Diabolus  
ter tentavit sed ipse sapienter eum  
superavit primo in deserto super pin  
naculum Templi secundo et tertio in  
Monte excelsi Amen

DCAS V

Pater Noster. Ave Maria.

1 Elegantissimus cui Iuannes te  
stimonium perhibuit al digito suo  
demonstravit dicens. Ecce Agnus Dei  
summi qui tollit peccata mundi Amen

2 Elegantissimus qui sibi duode  
cim elegit Apostolos Petrum et  
Andream ac decem alios qui  
devote cuncta quae habebant propter  
amorem Iesu prompte relinquebant.

3 Elegantissimus qui vocatus est  
ad Nuptias in Galilea ubi matrimonium  
sua presentia confirmavit ibiq; pri  
mum signum fecit mutans aquam  
in optimum vinum. Amen

4 Elegantissimus qui de Templo  
potenter eiecit ementes et vendentes  
cum flagello quod fecit et cathedras  
vendentium columbas ~~egit~~ evertit  
ac nummularios et Iudaice effu  
dit Amen

5 Elegantissimus qui et alios  
72 sibi elegit Discipulos quos ante  
faciem suam misit bines et binos  
dans illis potestatem, ut Læmonia se-  
garent ac cunctas infirmitates in  
suo Nomine curarent Amen.

6 Elegantissimus cujus pedes  
Magdalena cum lacrymis riga-  
vit ac Capillis sui Capitis devote les-  
sit quæ omnium suorum peccatorum  
accepit veniam a Domino propter  
veram penitentiam Amen.

7 Elegantissimus qui per trien-  
dium cum Discipulis Judæis præ-  
dicavit Nequissimis quibus mul-  
ta et varia ostendit Signa quæ  
nunquam fuerunt audita  
Athen.

8 Elegantissimus qui leprosos multos mundavit, caecis visum claudis gressum reparavit, mortuis reddidit vitam infirmis sanitatem a Daemonibus obsessis plenam Libertatem Amen

9 Elegantissimus qui multas fatigationes sustinuit in Corpore jejunando, vigilando a sua juventute, predicando, laborando et orando. Judaeorumq; insidias frequenter patiundo Amen

10 Elegantissimus cui occurrebant in die Palmarum sternerentes in via vestes et Ramos Olivar, quem cantantes et laudantes Jerusalem introduxerunt sed paulo post cum obprobrio ingenti egerunt Amen



Quinquagena de Christi  
Dolorosa Passione à Cena  
usq; ad Sepulchrum

## II QUINQUAGENA DECAS I

Pater Noster Ave Maria

1 Familiarissimus qui cenam suam ultimam cum Discipulis comedit quos antea de mundo sibi elegit vestes suas post cenam confestim deposuit et linteo se præcingens aquam in pelvim misit Amen

2 Familiarissimus qui genua flexit humilime pedes Discipulorum lavit tersit osculabaturq; lacrymose atq; post suam traditionem Discipulis reclusavit quos ut permanerent in fide præavisavit Amen

3 Familiarissimus, qui tunc con-  
secravit panem et vinum in verum  
Corpus et Sanguinem suum Discipulisq[ue]  
omnibus illud dedit, quos tunc in sa-  
cerdotes et Pontifices ordinavit Amen

4 Familiarissimus qui post Canem  
sermonem pulcherrimum fecit suis  
Discipulis longum et profundum qui  
deinde Jerusalem exiit tristissime  
in hortum ubi orare consuevit Sepis-  
sime Amen

5 Familiarissimus, qui in horto ter-  
cum lacrymis ad Patrem oravit, ut cali-  
cem ab eo auferret suppliciter Patrem  
rogavit sed tamen ut fieret Patris volun-  
tas non sua, orationem conclusit cum  
aerietate et tristitia Summa Amen

6 Familiarissimus qui in Oratio-  
ne tertia usq[ue] ad mortem agonizavit

guttasq<sup>ue</sup> sanguineas tunc abundanter  
sudavit quem tunc Angelus Sanctus  
confortavit ut mundum redimeret sua  
passione animavit. Amen

7 Familiarissimus qui ab Ora  
tione surrexit et ad Discipulos dor  
mientes iterum perrexit quos ad  
monuit ut vigilarent et orarent, ut  
ne tentationes Diaboli fallentis in  
trarent Amen

8 Familiarissimus qui Judæos  
quem quærent interrogavit quos tunc  
virtute Divina ter in terram prostra  
vit et alia signa ibi ostendit mirabi  
lia fortissima potestate Divina Amen

9 Familiarissimus qui a suis Di  
scipulis flebiliter est derelictus et  
a Judæis impijs cum immenso stre  
pitu comprehensus cum catenis in  
Collo et funibus in Corpore dire est  
ligatus Amen

10 Familiarissimus qui sui ad Ci-  
tatem panalissime est tradus per vicosa  
et plateas confusibiliter ductus et Anno  
Pontifici primo est presentatus a quo  
de Doctrina sua fuit interrogatus Amen

## DE CAS II

Pater Noster Ave Maria

1 Gratiosissimus quem Anas  
de multis interrogavit, cui ad interro-  
gata mansuete respondit, ubi a servo  
gravissime est alapatus, irrisus, illu-  
sus, et contumeliose injuriatus Amen

2 Gratiosissimus qui Petrum se  
negantem humiliter respectit et ad  
flebilem penitentiam fortissime com-  
movit quem deinde ducebant ligatum  
de Domo Anna cum strepitu horri-  
bili usq; in Domum Caipha Amen

3 Gratosissimus quem Caiphas  
dolose examinavit et Dominum re  
spondentem morte dignum pronuncia  
vit ubi iterum a Judæis multa susti  
nuit obprobria irrisiones Subsana  
tiones et gravissima verbera Amen

4 Gratosissimus quem Caiphas  
hora prima misit ad Pilatum per san  
ctissimas manus suas penatissime  
ligatum, ubi iterum a Judæis maligne  
est accusatus sed a Pilato in nullo cul  
pabilis notatus Amen

5 Gratosissimus quem Pilatus  
misit ad Herodem qui tunc presens  
erat in Hierusalem a quo de multis  
est interrogatus iterum sed Jesus nul  
lum penitus dedit responsum. Amen

6 Gratosissimus quem tunc He  
rodes cum suis conspuebat Subsanna

bat et illudebat ei, vestem albam indu-  
bat et Confusibilissime ad Pilatum  
remittebat Amen.

7 Gratosissimus qui in reductio-  
ne ad Pilatum sepius ad terram cor-  
ruit in plateis propter longum vesti-  
mentum quem Pilatus denuo exami-  
nabat et a morte liberare cogitabat A.

8 Gratosissimus cujus corpus Deifi-  
cum a ministris confusibiliter fuit de-  
nudatum et in collo et in brachijs et  
tibijs adstrictus ad Columnam fuit di-  
re ligatus Amen.

9 Gratosissimus qui fuit cum  
Virgis plumbatis atq; Scorpionibus  
usq; ad mortem flagellatus adeo quod  
ministri eum dimittebant quoniam  
pro fatigatione amplius flagella-  
re non valebant Amen.

10 Gratosissimus cujus corpus

sanctissimum vulneribus erat ple-  
num a vertice capitis usq<sup>3</sup> ad plantas  
pedum ex quibus sanguis sacratissi-  
mus copiose manavit et usq<sup>3</sup> ad terram  
guttatim stillavit Amen

### DCCAS III

Pater Noster Ave Maria

1 Humilimus quem de Colu-  
mna tunc solverunt et super Cathedra-  
ram ignominiose posuerunt vestem  
cocineam et purpuream circumda-  
verunt flexisq<sup>3</sup> ante eum genibus ve-  
lut fatuo illuserunt. Amen

2 Humilimus quem cum corona  
spinea penaliter coronabant cujus  
spicula acuta usq<sup>3</sup> ad Cerebrum pe-  
netrabant, atq<sup>3</sup> arundinem pro sce-  
ptro illi dederunt cum quo ejus ca-  
put spinosum frequenter percusse-  
runt et tunc

3 Humilimus quem Pilatus  
sic castigatum foris eduxit / Ecce homines  
ad Iudeos malignos dixit. Sed Iudei  
pessimi de hoc non contenti Crucifige  
Crucifige eum clamabant voce ingenti A.

4 Humilimus, quem cum ingen-  
ti strepitu ad Domum Iudicij trahe-  
bant et cum latronibus impijs tra-  
hebant et cum latronibus impijs ante  
Pilatum statuebant voce tunc terribili  
furiose clamaverunt sanguis ejus su-  
per nos, atq; nostros filios impie dix-  
erunt Amen.

5 Humilimus qui fuit injuste a  
Pilato ad mortem condemnatus qui ve-  
re erat Rex et Dominantium Domi-  
nus Creator omnium ac Conditor legis  
et Filius Dei Omnipotentis Amen

6 Humilimus qui Crucem per

plateas laboriose portavit, et ad  
terram sepius sub Cruce se pro  
stravit, tandemq; sub Cruce totali  
ter defecit, tunc Simon Cireneus  
ad Crucem manus adiecit Amen

7 Humilimus qui cum ines  
tabili pena et labore cum latroni  
bus pervenit ad montem Calvarij  
ubi vestes ejus per caput spinos  
um detrahebant et omnia Corpo  
ris sui vulnera ponaliter reno  
vabantur Amen

O Humilimus quem sic nuda  
tum cum videbas, Confestim ve  
lamen de tuo Capite sumebas  
cum dolore immenso et lachry  
mis accessisti, Lumbosq; ejus Vir  
gineos cum isto praeiunxisti Amen

9 Humilimus qui super Crucem  
fuit tunc flebiliter positus, et  
cum funibus in membris crudeli-  
ter extensus, cujus manus benedi-  
ctissime, fuerunt cum clavis obla-  
tis Cruci affixis Amen.

10 Humilimus, cujus pedes  
sanctissimi, cum clavo grossissimo  
fuerunt transfixi, sicq; ejus membra  
Virginea potuerunt cuncta diu-  
merari Amen

## DE CAS IV

Pater Noster. Ave maria

11 Innocentissimus Quem  
cum Crucis in Altum elevabant  
et sic sua vulnera penialiter di-  
latabant, quod de novo sanguinens

fundebant, qui super tuam vestem  
et faciem copiose distillabat Amen.

2 Innocentissimus cui Ma-  
ter lachrymosa dolenter assiste-  
bas, pendentem in Cruce Filium  
cum summo dolore aspiciebas et  
usq; ad mortem tunc doluisti quod  
in tantis peris auxilium illi nul-  
lum ferre potuisti Amen

3 Innocentissimus qui Te  
sub Cruce stare videbat et cum  
immensa Compassione Bisipulo  
Commendabat, ubi pro Filio Sum-  
mi Dei Tibi dabatur Joannes  
Filius Zebedaei Amen.

4 Innocentissimus, qui fuit  
in Cruce a Scribis et Senioribus

a Pontificibus et ministris multipli-  
citer illusus, sed ipse fuit in omni-  
bus patientissimus, obnixè etiam  
oravit pro suis Crucifixoribus Amen

5 Innocentissimus qui latroni  
in Cruce paradysum promittebat et  
omnia eius peccata ibidem remitte-  
bat ut nemo de suis desperet pec-  
catis cum Regnum Cælorum videat  
latroni dari gratis Amen

6 Innocentissimus qui in Cru-  
ce est locutus hely lamabatane  
que Verba lachrymosa, in lachry-  
mas convertunt etiam Corda lævæ A.

7 Innocentissimus qui etiam  
in Cruce usq; ad mortem visitavit  
sitiq; cum rauca voce clamavit  
cui acetum amarum in Spongia

probebant impij cum virga arundinea 1.  
O Innocentissimus qui iterum in  
Cruce locutus est in Summa pena dicens  
Consumatum est et ultimo clamavit tam  
valide quod omnia cum terra tunc ce-  
perunt tremere Amen.

9 Innocentissimus qui in Cruce spi-  
ritum suum Patri commendabat quan-  
do tam alte et flebiliter clamabat. Et  
inclinato Capite cum angustia tradidit  
suum spiritum ineffabili Amen

10. Innocentissimus qui permi-  
sit Sathan sub Cruce sedere qui  
observabat si possum aliquid in eo ha-  
bere ut animam ejus rapere

D E C A S V

Pater Noster Ave Maria

1 Karissimus in Cujus morte po-  
nalissima dolebant cuncta elementa

Terra horribiliter tremebat Arbores  
et reliqua in ea se movebant Amen

2 Karissimus in cuius etiam mor-  
te saxa sunt scissa et monumenta  
defunctorum perspicue patefacta Re-  
lumq; Templi pretiosum fuit divi-  
sum a summo usq; deorsum Amen

3 Karissimus propter quem sol  
est obscuratus quando in altum cum  
Crucis fuit Deus elevatus et multadi-  
gna alia tunc fuerunt facta quae ab  
Evangelistis non sunt omnia notata.

4 Karissimus cuius Latus Longinus  
in Crucis aperuit ex quo sanguis et  
aqua largiter mandavit, quod cum piis-  
sima Mater vidisset pro Compassione  
valde doluisset Amen.

5 Karissimus quem de Crucis Depo-  
suerunt Joseph Nicodemus cum non  
nullis alijs presentibus. Et Super tunc

genua ipsum reclinaverunt et cum lacrymis uberrimis tecum tunc planxerunt. et.

O Karissimus quem cum tristitia ineffabili in gremio tenebas cuius vultum et pectus cum lacrymis rigabas O mater dulcorissima quot querimonias et gemitus tunc dabas quando Filium tuum dulcissimum sic mortuum cernebas Amen

Y Karissimus Cuius Corpus sanctissimum plenum Cruore cum aqua lavabant et Coronam spineam de Capite trahebant quod Nicodemus unguento pretioso perungebat et S. Joseph Syncone munda involvebat Amen.

O Karissimus quem ad sepulchrum cum infinitis lacrymis portabant et dolere inestimabili cubili qui aderant. Quem tunc sequebaris cum infinita tristitia. propitius in sepulchro adorasti cum summa reverentia Amen

9 Karissimus ad cuius Sepulchrum  
lapidem advolverunt, quem postea Ju-  
dices cum Custodibus signaverunt. Dein  
de teum ad Civitatem cuncti remeabant  
in viam Continue uberrime plorabant. Et

10 Karissimus in cuius passione  
o Virgo et Mater Dolorosissima Centum  
et Quinquaginta dolores mortales es  
passa quinquaginta ante eius mortem  
et Centum post tui reversionem in  
Jerusalem Amen

III QUINQUAGINTA  
Articulorum de Resurrectio-  
ne, Ascensione, et gloriosa  
Christi et Virginis Mariae  
Assumptione

LECTUS I

Pater Noster, Ave Maria

1 Laudabilissimus, cuius anima  
ad Infernam descendit et portas illius  
potenter confregit. Luciferumq<sup>ue</sup> in aby-  
sum reliquit aliosq<sup>ue</sup> damnatos austerè  
increpavit Amen<sup>3</sup>

2 Laudabilissimus qui deinde ad  
Patres detentos in Limbo venit: illo-  
rumq<sup>ue</sup> tenebras suo fulgore abegit.  
Cujusq<sup>ue</sup> pedibus omnes se straverunt  
et lētitiā lachrymosa reverenter ad-  
raverunt Amen.

3 Laudabilissimus qui cum Patri-  
bus in Limbo tam diu permansit  
quousq<sup>ue</sup> tertiā diē a mortuis resurre-  
xit. Quos Patres diē tertiā de Lim-  
bo eduxit et Corpus suum glorificans  
a morte resurrexit Amen.

4 Laudabilissimus qui cum clari-  
tate ineffabili, et gloria inenarrabi-  
li cum Caterva Angelorum et curia

Patrum sanctorum Tibi primum ap-  
paruit et dulciter Te salutans ab omni  
tristitia liberavit Amen.

5 Laudabilissimus qui secundo Ma-  
ria Magdalena, Tertio Maria Salome  
et Cleopha apparuit, quarto Petro Apo-  
stolo se manifestavit, hinc Discipulis  
in Emmaus pergentibus mirabiliter se  
revelavit. Amen.

6 Laudabilissimus qui sexto appa-  
ruit undecim Discipulis in monte Si-  
on in cenaculo clausis, septimoq; appa-  
ruit Jacobo minori, a Cena Domini usq;  
tunc jejunanti. Amen.

7 Laudabilissimus qui apparuit  
Joseph ab Arimatia octavo, Thome  
in fide fluctuanti nono, Decimo piscan-  
tibus Discipulis, undecimo in monte  
Thabor ibidem congregatis. Amen.

8 Laudabilissimus qui cum Disci-

pulis edebat eodem die quo in celum  
ascendebat, ultimo in monte Oliveti ap-  
paruit, coram omnibus Discipulis quos  
elegit. Amen

9 Laudabilissimus, qui Discipulis ele-  
vatis manibus suis benedixit et ut No-  
men suum mundo denuntiarent illis pre-  
cepit. Et post ad Te suam Matrem dul-  
cissimam accepit, cum amplexu & osculo  
et osculo vale dixit Amen.

10 Laudabilissimus quem cum lachry-  
mis pro gaudio humiliter adorasti cor-  
Dei Virginem, rogans ne diu differet, qui  
Te ad se asumeret Amen

## DEUS II

Pater Noster. Ave Maria

1 Misericordissimus qui in celum  
ascendit cum sanctis animabus et

Cunctis Angelis ad Custodiam hominum  
deputatis cum gloria ineffabili et gau-  
dio ineffabili. Amen

2. Misericordissimus cui tota Curia  
Caelestis Paradysi occurrebat cum re-  
verentia decenti, in Organis et Cytharis  
psallendo cum infinitis gaudijs Amen.

3. Misericordissimus quem chori An-  
gelorum cum tripudio ducebant quo  
usq; ad Summum Trinitatis Thronum  
perveniebat, cum quanto gaudio hoc  
fiebat, et tripudio, nullus poterit ex-  
plicare eloquio. Amen

4. Misericordissimus quem Trinitas  
Aeterna cum gloria intronizabat infi-  
nita Coronam dans illi Majestatis  
potestatemq; super omnia quae sunt  
in Caelo et in terra creata. Amen.

5. Misericordissimus qui immen-  
sa sua potestate regnat super omnia

cum Summa Majestate. Ipse enim est  
Aeterna beatitudo Sanctorum omnium  
et Angelorum qui sunt in Caelo. Amen.

6 Misericordissimus cujus claritate  
sem inspicere desiderant sine fine o  
mnes qui cum eo regnant. Et enim im  
mensa et infinita illuminans singulos  
secundum sua merita. Amen

7 Misericordissimus cujus dulci  
dine infinita perfunduntur quotquot  
unquam ad Caelum assumuntur. Cuiusq  
infinita fragrantia totum replet Caelum  
durans per cuncta saecula usq<sup>ue</sup> dum. *Ps.*

8 Misericordissimus, qui summus  
et aeternum est gaudium cunctorum  
superiorum Civium quem honorant  
tremantes et adorant, et sine fine san  
ctus, sanctus, sanctus proclamant. *Ps.*

9 Misericordissimus cujus Char

las est immensa, laus continua et aeterna  
cujus Majestas est tremenda maxima in  
finita ac inestimabilis ejus gloria Amen

10 Misericordissimus, cujus nomen est  
tam magnum, virtuosum fecundum atq[ue]  
dignum, quod omne genu tunc flectatur  
quando Jesus nominatur. Amen.

## DCCCLIII

Pater Noster. Ave Maria

1 Nobilissimus, cujus pulchritudo  
est mirabilis, sapientia ineffabilis, cujus  
in caelo fauces corruscat, cunctosq[ue] beatos  
dulcissime illuminat Amen.

2 Nobilissimus, cujus corpus glo  
riosum est Civitatis Templum, qui in  
Throno summo regnat, cujus Regnum  
finem nesit Amen.

3 Nobilissimus, qui humanam naturam  
in caelo sublimavit super omnia, quae unquam

creavit, quiq; Patrem petivit, ut Spiritum  
Sanctum Discipulis daret quem promi-  
sit Amen.

4 Nobilissimus, Qui quinquagesima  
die misit Sanctum Spiritum Discipulis  
in terra promissum, qui super singulos  
in specie ignis apparuit et linguarum si-  
cut ipse voluit. Amen.

5 Nobilissimus qui suos Discipulos  
per Mundum universum misit quos per  
Spiritum Sanctum ferventer ignivit qui  
ubiq; predicabant, et in Nomine Jesu  
miracula immensa fauebant. Amen

6 Nobilissimus qui post suam in  
Caelum ascensionem Te reliquit in ter-  
ris ad Discipulorum consolationem cujus  
Amor te urgebat et ad videndum eum  
in sua gloria invitabat. Amen.

7 Nobilissimus qui preces tuas exau-  
divit et Angelum suum ad Te misit ut  
suum adventum Tibi nunciaret et quod

in alto Te glorificare vellet. Amen

9 Nobilissimus qui suos Apostolos per  
mutuum dispersos congregavit ut inter  
essent Tuus exequijs ordinavit et Angelos  
cunctorum convocavit quos ad hominum cu  
stodiam deputavit. Amen.

9 Nobilissimus qui descendit tunc de  
Caelo cum sanctorum et Angelorum in  
finito numero cum summa Majesta  
te et immensa gloria Tibi apparendi  
salutavit Te voce dulcissima. Amen.

10 Nobilissimus quem tunc in sua  
gloria vidisti et tuum illi reddens Spi  
ritum pro amore defecisti quem as  
sumens et attringens frequenter Deo  
suscitabatur et velut sponsus suavissi  
mus illi iungebatur. Amen.

## DE CAS IV

Pater Noster. Ave Maria

Omnipotentissimus qui cum corpore

et anima Te secum tulit et ad portas  
Celestis Paradysi sursum ascendit, cum  
gloria Te illuc introducens inenarrabi-  
li et gaudio ineffabili. Amen

2 Omnipotentissimus, qui cunctos  
Angelos suos precepit adunari, honore  
nempe digno Te voluit honorare, ut  
cum canticis Angelicis introducereris  
et aeterna gloria semper fruereris. A.

3 Omnipotentissimus cuius San-  
cti Angeli te devote salutabant fle-  
xissq; suis genibus reverenter adorabant  
in Tympanis et Choris Te magnifice  
collaudabant, et immensis vocibus la-  
tenter personabant. Amen

4 Omnipotentissimus qui Te cum  
infinita gloria, ac tota Caeli curia adhan-  
dam perduxit Trinitatem, quam humi-  
liter adorasti et Te illi totam devote  
obtulisti. Amen.

5 Omnipotentissimus, qui Te  
cum Patre suo et Spiritu Sancto glo  
riose intronizabat. Et corona gloria  
te sanctissimam coronabat. Teq<sup>ue</sup> Regi  
nam Celi et terre tunc constituit et  
super omnem creaturam potenter subli  
mavit. Amen.

6 Omnipotentissimus qui Te  
Matrem suam dignissimam nihil  
negans honorat, Tei quicquid petiens  
promptissime Tibi donat suaq<sup>ue</sup> sapi  
entia eterna Te illuminat et clari  
tate perpetua praecantis Te illustrat. A.

7 Omnipotentissimus qui Te o  
mni beatitudine implevit et dulce  
dine Teq<sup>ue</sup> secum regnare fecit et cun  
cta creata Tibi subiecit. Amen

8 Omnipotentissimus qui Te omni  
gloria et gaudio omni honore et gratia

replevit, et omnem Thesaurum Regni Caelestis Tibi commisit, ut quantum placet inde sumas nosq; cum illo ditare valeas. A.

9 Omnipotentissimus Cujus es Mater et Filia, nec non Soror et sponsa Templum et habitaculum ac Totius Trinitatis Dignissimum Triclinium. A.

10 Omnipotentissimus, qui nullum salvare statuit, nisi Tibi devotus aut Tuus amator esse voluerit, quare ad tantam Reginam recurramus, ejusq; interventum devote poscamus. Amen.

D C C A S V

Pater Noster Ave Maria  
et Pulherimus qui suos Apo-  
stolos in terra ab eis electos, per Mar-  
tyni Palmam assumpsit ad gloriam suam  
aulam Amen

2 Pulherimus qui Martyres suos  
in fide confortavit et in periculis robora

vit et sic cum mundi victoria colorum in  
traverunt eterna Regna. Amen.

3 Pulherimus qui Confessores Sanctos  
sua sapientia illuminavit, ac virtute o  
mni decoravit, et sic cuncta temporalia  
pro nihilo duxerunt et Regna caelestia  
digne promeruerunt. Amen.

4 Pulherimus qui Virgines castissi  
mas de Mundo elejit suaq; eterna glo  
ria participes effecit cum quo etiam utri  
usq; sexus Sancti in caelis regnant infiniti. et.

5 Pulherimus qui in extremo Judi  
cio cuncta stricte iudicabit ubi omnes  
ab Adam natos congregans malos a  
bonis separabit, electos salvabit repro  
bosq; in aeternum damnabit. Amen.


6 Pulherimus qui est Verbum Pa  
tris, Filius Virginis, Agnus DEI  
salus mundi, iustitia sacra caro viva. A.

7 Pulherimus qui est laus Ange  
lorum, gloria Sanctorum Visio paup  
flos et fructus Virginis Matris A.

8 Pulherimus qui est splendor Sa-  
tis, Princeps Paucis, Paucis vivus, Potus  
beatus Vsq; Divinitatis Amen.

9 Pulherimus qui est lumen Celi Prae-  
tium mundi gaudium Nostrum, Paucis  
Angelorum, Subitus Cordis, Spes Salutis,  
Rex et Sponsus Virginitatis. Amen

10 Pulherimus qui est premium  
Nostrum et gaudium eternum fons  
amoris, dulcedo paucis, requies vera vi-  
te perennis Amen.



# LITANIA

De Beata Virgine dolorosa.

Kyrie eleyson. Christe eleyson Kyrie  
eleyson.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de celis Deus. Misereere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Misereere

Spiritus S. Deus. Misereere nobis.

S. Trinitas unus Deus. Misereere nobis.

S. MARIA. Ora pro nobis.

S. Dei Genitrix. Ora pro nobis.

S. Virgo Virginum. Ora pro nobis.

Mater dolorosa.

Mater contristata.

Mater desolata.

Mater derelicta.

Mater angustiata.

Mater lachrymosa.

Mater gemebunda.

Mater vulnerata.

Mater compassiva.

Mater infirmata.

Mater afflictissima.

Propitia esto. Exaudi nos Domina.

Propitia esto. Conserva nos Domina.

Ab omni malo. Libera nos Domina.  
Ab ira Dei. Libera nos Domina.  
Ab omni peccato. Libera nos Dna.  
Ab insidiis diaboli  
A tentatione inimici  
Ab aspectu demonum.  
Ab anxietate nimia.  
A timore noxio.  
A dolore vehemente.  
A dubitatione in fide.  
A spiritu blasphemico  
A desperatione veniva.  
Ab obstinatione cordis.  
Ab improvisa morte.  
A mala morte.  
Ab eterna morte.  
Per afflictionem tuam.  
Per Compassionem tuam.  
Per detestationem tuam  
Per oes miseriae quas sustinuit  
Per iter ex Nazareth in Bethlehem.  
Per denegationem hospitii.  
Per diversionem in stabulo.  
Per reclinacionem filii tui in presepio.  
Per Compassionem in eius Circumcisione.  
Per gladium Simeonis.

- Per fugam in Aegyptum  
 Per difficultatem itineris illius  
 Per septenne exilium tuum.  
 Per extremam paupertatem tuam.  
 Per perditionem Filii tui.  
 Per anxietates ob eum perpeſſas.  
 Per validictionem tibi datam.  
 Per acceptum nuntiuſ de ejus captivitate  
 Per dolorem quem habebas, dum e Do-  
 mo Caipheſ educi videres.  
 Per dolorem quem habebas, dum ve-  
 ſte alba indutum videres.  
 Per dolorem quem habebas, dum cuſ  
 flagellari videres.  
 Per dolorem quem habebas, dum coro-  
 natum videres.  
 Per dolorem quem habebas, dum a Pila-  
 to eductum videres.  
 Per dolorem quem habebas dum ad mor-  
 tem condemnari audires.  
 Per dolorem quem habebas dum Cru-  
 cem portare videres.  
 Per dolorem quem habebas dum Cruce  
 bajulanti occurreres.  
 Per dolorem quem habebas dum eum  
 denudare videres.

- Per dolorem quem habebas dum cum crucifigi audires.
- Per dolorem quem habebas dum in cruce elevatum videres.
- Per dolorem quem habebas dum te Joanni commendaret.
- Per dolorem quem habebas dum cum blasphemari audires.
- Per dolorem quem habebas dum se derelictum clamare audires.
- Per dolorem quem habebas dum se sitientem clamare audires.
- Per dolorem quem habebas dum eum aceto potari videres.
- Per dolorem quem habebas, dum spiritum Patri suo commendante audires.
- Per dolorem quem habebas dum eum agonizare videres.
- Per dolorem quem habebas dum valide clamantem audires.
- Per dolorem quem habebas, dum eum caput inclinare videres.
- Per dolorem quem habebas dum eum mori videres.
- Per dolorem quem habebas, dum eum mortuum videres.

Per dolorem quem habebas, dum latus  
Ejus aperiri videres.

Per dolorem quem habebas dum cum De  
Cruce deponi videres.

Per dolorem quem habebas dum cum in  
sinum tuum collocares.

Per dolorem quem habebas, dum ejus  
vulnera aspiceres.

Per dolorem quem habebas dum cum aro:  
matibus condires.

Per dolorem quem habebas, dum cum ad  
sepulchrum sequereris.

Per dolorem quem habebas, dum cum  
sepeliri videres.

Per dolorem quem habebas dum à sepul:  
chro recederes.

Per oēs lachrymas quas fudisti.

Per oā suspiria quæ edidisti

Per oēs puncturas cordis quas sensit

Per oēs angores mortis quos sustinuit.

Per oēs terrores quos concepisti

Per oēs sudores quos sudasti.

Per omnē compassionē quam habuisti.

Per oā deliquia, quæ passa es.

Per oēs corporis & animæ dolores.

Mater dolorosa. Ora pro nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

Parce nobis Dne.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

Exaudi nos Dne  
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.  
Misereere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos  
Kyrieleyson. Christe eleyson Kyrieley  
Quing Ave Maria.

Oratio pro nobis <sup>B</sup> Virgo dolorosissima.

R. Ut digni efficiamur promissionibus altaris.  
Oremus.

Interveniat pro nobis quodsumus Dne  
Iesu Christe, nunc & in hora mortis  
eius, apud tuam clementiam beatissima  
Virgo Maria Mater tua: cujus sacra-  
tissimam animam in hora tuae passionis  
doloris gladius pertransiit. Qui vi-  
vis & regnas in saecula saeculorum Amen.

# 19 JANU

## De Nomine IESU

lyrieleyson. Christe eleyson. lyrieleyson  
Christe audi nos. Christe exaudi nos.  
Pater de celis Deus miserere nobis  
Fili Redemptor mundi Deus.

Spiritus sancte Deus.

Sancta Trinitas unus Deus

IESU Rex mitis Jerusalem ingresse. Miserere

IESU pro Compassione lacrymate.

IESU triginta argenteis appretiate.

IESU ad Discipulorum pedes inclinate.

IESU panis vive nos confirmans.

IESU potus vere nos letificans.

IESU in oratione prostrate.

IESU in agonia, sanguineo sudore perfuse.

IESU ab angelo confortate.

IESU osculo a Iuda tradite.

IESU a ministris ligate.

IESU a Discipulis derelicta.

IESU Anna et Caipha presentate

IESU alapa a ministro percusse.

IESU a falsis testibus accusate.

IESU in faciem conspice.

IESU oculis velate.

IESU Colaphis case.

IESU Cujus corpus percutientibus et gene vel  
lentibus data.

IESU a Petro te negate.

IESU ab Herode, et ejus exercitu sprete et illu

Jesus veste alba indute  
Jesus Barrabba postposite.  
Jesus flagellis case.  
Jesus propter scelera nostra attrite  
Jesus quasi leprosus reputate.  
Jesus veste purpurea indute.  
Jesus spinis Coronate.  
Jesus arundine percussie.  
Jesus a Judais ad Crucem postulate  
Jesus morte turpissima condemnate.  
Jesus voluntati Judaeorum tradite.  
Jesus Crucis pondere gravate  
Jesus tanquam Ovis ad occisionem ducte.  
Jesus vestibus exute.  
Jesus clavis in Cruce Confixe.  
Jesus propter iniquitates nostras vulnerate.  
Jesus pro inimicis Patrem deprecare.  
Jesus cum iniquis reputate.  
Jesus opprobrium hominum facite.  
Jesus a Judais derise.  
Jesus a militibus in Cruce illuse.  
Jesus a latrone injurijs lacepsite.  
Jesus opprobrijs saturate.  
Jesus latroni paritenti paradivum pollicite.  
Jesus qui Joannem matri tua filium tradidisti.  
Jesus te a Patre derelictum attestate.  
Jesus felle et aceto in siti potate  
Jesus Consumata omnia dete scripta testate.

Jesus Cujus Spiritus in manus patris Commen-  
datus.

Jesus a Patre pro tua reverentia semper exau-  
dite.

Jesus usq ad mortem Crucis obediens facite.

Jesus lancea transfixe.

Jesus de Cujus latere exivit sanguis et aqua.

Jesus Cujus livore sanati sumus.

Jesus Propitiatio nobis facite.

Jesus de Cruce Deposite.

Jesus sindone munda involute.

Jesus in monumento novo tumulate.

Jesus victos tuos de lacu inferni pradate.

Jesus ab inferis victor reverse.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce:

Agnus. Dei. qui tollis: Exaudi nos:

Agnus Dei. qui tollis: Misereere nobis

Kyrie eleyson Christe eleyson kyrie eleyson

Pater noster & Et ne nos inducas in tentatio-  
nem & sed libera nos a malo

Domine non secundum peccata nostra facias  
nobis & neque secundum iniquitates nostras  
retribuas nobis.

### OREMUS.

Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam  
tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus  
non dubitavit manibus tradi nocentium, et Crucis  
subire tormentum. Qui tecum vivit, et regnat, per  
omnia secula seculorum Amen.

# LISTA N<sup>o</sup> 9 E

De Sanctissimo Sacramento  
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson  
Christe audi nos. Christe exaudi nos.  
Pater de Caelis Deus. miserere nobis  
Osili redemptor mundi Deus.  
Spiritus Sancte Deus.  
Sancta Trinitas unus Deus.  
Panis vivus, qui de Caelo descendisti. miserere.  
Panis pinguis praebens delicias regibus.  
Panis Supersubstantialis.  
Frumentum electorum.  
vinum germinans Virgines.  
Angelorum esca.  
Manna absconditum.  
Memoriale passionis Dominicae.  
Hostia salutaris.  
Oblatio munda.  
Hostia pro peccato.  
Hostia pacifica.  
Holocaustum perfectissimum.  
Luge sacrificium.  
Sacramentum unitatis.  
vinculum charitatis  
Antidotum peccati.  
Verbum Caro factum.  
Agnus. absq<sup>ue</sup> macula.  
mysterium fidei  
mysterium tremendum

Memoria mirabilium Deo.

Spirituali dulcedo in proprio fonte degustata.

Refectio animarum sanctarum  
viaticum in Domino morientium.

Pharmacum immortalitatis.

Pignus futurae gloriae

Propitiatio vivorum, et defunctorum.

Tremendum, ac vivificans Sacramentum.

Incruentum sacrificium.

Propitius esto. Exaudi nos Domine

Ab omni malo. Libera nos Domine

Ab indigna Corporis et Sanguinis tui susceptio-  
ne.

Per summam humilitatem et ardentissi-  
mam charitatem tuam.

Per sanctissimum Corpus et Sanguinem tu-  
um.

Peccatores. Te rogamus Audi nos.

ut nobis fidem, reverentiam, et devotio-  
nem huius admirabilis Sacramenti, donare,  
et augere digneris. Te rogamus Audi nos,  
ut ad frequentem Eucharisticam usum per  
veram peccatorum Confessionem nos perduce-  
re digneris.

ut Sanctissimi huius Sacramenti pretiosum et  
Celestem fructum nobis impertiri digneris.

ut in hora mortis hoc Celesti viatico nos  
confortare et munire digneris.

Fili Deo.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce  
nobis Domine

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Exaudi

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Misere

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Misere

Pater noster. V. Et ne nos inducas tenta-  
tionem. R. Sed libera nos a malo.

Antiph: O sacrum convivium, in quo Christo  
sumitur, recolitur memoria passionis eius  
mens impletur gratia, et futura gloria nobis  
pignus datur.

V. Panem de celo prestitisti eis

R. Omne delectamentum in se habentem

O R E M U S.

Tae nos quod sumus Domine, Divinitatis tuae  
Sempiterna fructione repleti: quam pretiosi  
Corporis et sanguinis tui temporalis perceptio  
prefiguratur: Qui vivis et regnas Deus. Per  
omnia Saecula Saeculorum Amen.

In Nomine Patris, et Filij, et  
Spiritus Sancti Amen.

Confessio N<sup>ost</sup>ræ Trinitatis.

Quicumque vult saluus esse, ante  
omnia opus est, ut teneat Ca:  
tholicam fidem.

Quam nisi quisque integram,  
inviolatamque serauerit, absq<sup>ue</sup>  
dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est,  
ut unum D<sup>eum</sup> in Trinita:  
te, & Trinitatem in unitate  
Veneremus.

Neque confundentes Personas,  
neque Substantiam separantes.

Alia enim est Persona Patris,  
alia Filij, alia Spiritus S.

Sed

Seco Patris, et Filij, et Spiritus  
Sancti, una est Divinitas, et  
qualis gloria, coeterna maje-  
stas.

Qualis Pater, talis Filius,  
talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius,  
increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Fi-  
lius, immensus Spiritus Sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius,  
aeternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres aeterni, sed unus  
aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres  
immensi, sed unus increatus  
et unus immensus.

Similiter Omnipotens Pater,  
Omnipotens Filius, Omnipoten-  
tissimus

terus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Omnipotentes,  
sed unus Omnipotens.

Ita DEUS Pater, DEUS Filius,  
DEUS Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dij, sed unus  
est DEUS.

Ita Dominus Pater, Dominus  
Filius, Dominus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed  
unus est Dominus.

Quia sicut sigillatim unamque  
Personam, DEUM ac Dominum  
confiteri, Christiana Veritate com-  
pellimur, ita tres DEOS aut Do-  
minos dicere Catholica religione  
prohibemur.

Pater a nullo est factus, nec crea-  
tus nec genitus.

Filius

Filius a Patre solo est, non  
factus, nec creatus, sed genitus.  
Spiritus Sanctus a Patre et  
Filio, non factus, nec creatus,  
nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Pa-  
tres, unus Filius, non tres  
Filij, unus Spiritus Sanctus,  
non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil  
prius aut posterius, nihil ma-  
jus aut minus, sed totae tres  
Personae coeternae sibi sunt  
et coequales.

Ita ut per omnia, sicut jam  
supra dictum est, & unitas  
in Trinitate, et Trinitas  
in unitate Veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse ita de  
Trinitate sentiat.

Gloria Patri et Filio et Spiritui  
Sancto, sicut erat in principio  
et nunc et semper, et in saecula  
saeculorum. Amen.

His praemissis recitatur in Honorem  
unius Deitatis, et omnium simul 3iu  
Personarum, tribus vicibus ad tres  
globulos frontales, haec Antiphona.

Te DEUM Patrem ingenitum, Te  
Filium unigenitum, Te Spiritum  
Sanctum Paraclitum, Sanctam  
et individuum Trinitatem, toto  
Corde et ore confitemur laudamus,  
atq; benedicimus, Tibi gloria  
in saecula, Amen.

Decas Annus.

In Honorem D<sup>ei</sup> Patris.

Ad unum globulum majorem dicitur  
unum. Pater noster. &c. cum Hymno  
Angelico.

Benedictio, et Charitas, et Sa:  
pientia, et gratiarum actio, ho:  
nor, et Virtus, et fortitudo,  
Deo nostro, in Saecula Saecula:  
lorum Amen.

Mox ad globulos minores subjicitur  
decies Trisagium Seraphicum  
cum Doxologia Ecclesiastica, hoc  
modo.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Do:  
minus Deus Sabaoth.

Plena est omnis terra glo:  
ria Ejus.

Gloria Patri, et Filio, et  
Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et  
nunc et semper, et in Saecula

Sæculorum Amen.

Ad excitandum vero majorem devo-  
tionis affectum. addere poteris va-  
rios titulos, ob quos merito Deus  
Pater, vere Ter Sanctus. Summe glo-  
rificandus est. Decales tituli sunt.

- |     |  |
|-----|--|
| 1.  | Vnus Verus et surig <sup>us</sup> D <sup>e</sup> us. |
| 2.  | Aternus.   |
| 3.  | Immensus.  |
| 4.  | Infinite Sapiens.                                    |
| 5.  | quia Infinite bonus.                                 |
| 6.  | est Infinite potens.                                 |
| 7.  | Generitus.   |
| 8.  | Ab aeterno generans.                                 |
| 9.  | Ab aeterno Spirans.                                  |
| 10. | In tempore Creans, et<br>gubernans omnia.            |

Decas 2<sup>cl</sup>us.

In Honorem D<sup>e</sup>i Filij:

Similiter ad secundum globulum  
majorem dicitur unum Pater no:  
ster &c. cum Hymno Angelico.

Benedictio et Charitas, et Sa:  
pientia, et gratiarum actio,  
honor, et Virtus, et fortitu:  
do D&I nostri, in Saecula  
Saeculorum Amen.

Iterumq; ad decem globulos minores  
repetitur deus Trisagium Scra:  
phicum, cum Doxologia Ecclē:  
stica. Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.  
Gloria Patri, et Filio, et Spi:  
ritui Sancto. &c.

Pro majori autem devotionis affectu,  
etiam hic commemorare licet varios  
titulos, ob quos merito, Virgēri:  
tus D&I Filius, vere Ter San:  
ctus summe glorificandus est, nimirum<sup>om.</sup>

1. Unus cum Patre Deus.
2. Persona distincta à Patre.
3. Coeternus, Coimmensus Patri.
4. Infinite sapiens bonus,  
potens.
5. <sup>quia</sup> <sup>est.</sup> Vere propriè genitus.
6. Vere Unigenitus.
7. Verbum Patris.
8. Unum cum Patre spirationis principium.
9. Per quem omnia facta sunt.
10. Verbum Caro factum.

### Decas 3<sup>ta</sup>.

#### In Honorem Spiritus S.

Similiter ad 3<sup>ium</sup> globum majorem  
dicitur unum Pater noster &c. cum  
Hymno Angelico.

Benedictio et Caritas et Sapien:  
tia

tia, et gratiarum Actio, Honor,  
et Virtus, et fortitudo DEO  
nostro, in Secula Seculorum &c.

Itemque ad decem globulos minores  
repetitur decies Trisagium Seraphi-  
cum, cum Doxologia Ecclesiastica.  
Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.  
Plena est. &c. Gloria Patri. &c.

Pro majori autem deotionis affectu,  
etiam hic commemorare licet varios  
titulos, ob quos merito Spiritus  
Sanctus, vere Ter Sanctus,  
summe glorificandus est, nimirum.

1. Unus cum Patre Filioque  
DEUS.
  2. Persona distincta à Pa-  
tre et Filio.
  3. Aternitate, immensita-  
te, Sapientia, Aequalis  
Patri et Filio.
  4. Spiratione procedens.
- 5.

5. quia A Patre Filioq; procedens,  
est. Patris Filijque Sanctitas.
6. Amor Patris et Filij.
7. Donum increatum.
8. Spiritus dilectionis et gra:  
tie.
9. Per quem vivimus, move:  
mur, et sumus.

### Conclusio Coronae.

- V. Tibi laus, tibi gloria, tibi gra:  
tiarum actio, in Saecula Semp:  
terna o Beata Trinitas.
- R. Tibi Regi Saeculorum immor:  
tali, et invisibili, soli Deo ho:  
nor, et gloria, in saecula sa:  
culorum, o Beata Trinitas.
- V. Te invocamus, te laudamus,  
te adoramus, o Beata Tri:  
nitas.

R. Libera nos, salva nos, vivi-  
fica nos, o Beata Trinitas.

V. Spes nostra, salus nostra, honor  
noster. o Beata Trinitas.

R. Adesto Unus Deus Omni-  
potens, Pater, Filius, et Spiritus  
Sanctus, Amen.

V. Benedictum sit nomen gloriae  
Tuae sanctum.

R. Et laudabile, et gloriosum, et  
superexaltatum in Saecula.

V. Benedicamus Patrem, et Fi-  
lium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus et superexaltemus  
cum in Saecula.

V. Benedictus es Domine in fir-  
mamento Caeli.

